



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1712

Tractatus V. De extrema Unctione & Ordine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42433

TRACTATUS V.

De extrema Unctione & Ordine.

CAPUT I.

Quid sit extrema Unctio, & quae circa eam
observanda.

» **R**ESP. I. Est Sacramentum à Christo insti-
 » tutum, ad aegrotum periclitanti de vita con-
 » ferendam salutem animae, vel etiam corporis,
 » per unctionem olei benedicti, & orationem
 » Sacerdotis *S. Thom. in 4. dist. 23. q. 1. a. 1. Unde*
 » resolves:

» I. Materia ejus remota, est oleum benedi-
 » ctum, quod in pyxide chrisimali signatur litera
 » I. (in cujus defectu non licet uti chrismate; si
 » tamen usus sis, nihil repetendum esse, docet
 » *Lay lib. 5. tr. 8 cap. 2. n. 3.*) Idque renovandum
 » est quotannis in Coena Domini, veteri exusto: si
 » tamen novum haberi non possit, licet uti an-
 » tiquo *Lay. l. c.* & si hoc non sufficiat, aliud con-
 » secratum, vel in necessitate non consecratum,
 » (in minore tamen quantitate quam vetus est)
 » addere: Et si *Via. p. 6. t. 6 R. 44. ex Less. & aliis 4.*
 » dicat, contrarium habere praxin Ecclesiae, ut
 » scilicet paulatim & per vices (si ita requirat ne-
 » cessitas propter copiam infirmorum) longè
 » etiam major quantitas addatur, quam ab Epi-
 » scopo fuerit consecrata initio. *Bon. d. 7. q. 1. n. 8.*
 » ex *Possevino.*

» II. Materia proxima, est unctio certarum
 » partium corporis, ac saltè quinque sensuum,
 » vel si mutilati sint, vicinarum partium, facta à
 » Sacer-

sacerdote : non simpliciter necessariò con-
 tactu immediato manús; nam peste grassan-
 te potest uti virgâ oblongâ oleo tinctâ, quam
 postea comburat, *Sylv. Chapeavill. Dia. vid. Dia.*
p. 3. t. 4. Ref. 197. Quidam etiam Doctores pu-
 tant, unam tantum unctionem esse de essentia
 Sacramenti, ideoque in periculo pestis & simi-
 li necessitate sufficere unum tantum orga-
 num magis obvium, vel potius caput, quod
 in eo sensus maximè vigeant, ungeri, dicendo,
*Per istam, &c. quidquid deliquisti per visum, audi-
 tum, gustum, odoratum, tactum, &c.* Et quidem pro
 hac sententia citantur varia Pastoralia, Agen-
 da & Doct. *Lovan. Syl. in 3 p. q. 32. art. 2. Lay.*
cap. 3. qui eam non omnino improbabilem,
Tan. & Marib. in Horto Pastorum, qui omnino
 probabilem & in praxi usitatam; *Dia Ref. 108.*
 qui in praxi tutam dicit, citansque pro ea *p. 8.*
rr. 1. R. 21. Gran. Amic. Aversam, affirmat Ponti-
 ficem id posse permittere, & denique *Escob.*
 (citans *Becanum cap. 2 s. q. 7. n. 6.*) & *Barbosa in*
Trid. sess. 14. cap. 1. id permittit: Verùm cum
 alii Doctores communiter repugnent, tutius
 saltem erit (quod suadet *Lay. & Dia. ll. cc.*) eo
 casu unum oculum, aurem, manum, narum, &
 os velociter sine crucis forma ungeri, dicen-
 do unicum formam, complectentem reliquas.
 Illud verò certius est, pedes aut renes inunge-
 re non esse essentialia; imò quoad renes, non
 est decens, præsertim in fœminis & viris reli-
 giosis, ideoque omitti solet, *Henr. Sa. Tol. Suar.*
Bellarmin. c. 10. in fine.

III. De essentia hujus Sacramenti est I. Ut
 organa s. sensuū, quæ inunguntur, nominen-
 tur, *Palauus t. 25. p. 4. cap. 26. Aversa s. 4. &c. com-*
 muni-

»muniter. Licet *Dia. part. 8. t. 7. R. 56. ex Regio.*
 »contrarium censeat probabile; imò ad valorem
 »sufficere, si inter ungendū omnes sensus dicat:
 »Per istas sanctas unctiones indulgeat tibi. II. Verba
 »illa: Per hanc sanctam unctionem, et si *Palau. l. c.*
 »dicat valere, si tantum omittas *Tò sanctam. III.*
 »Verba deprecativa: *Indulgeat tibi Deus.* Hinc
 »formam imperativam, v. g. *Per hanc, & c. remittatur tibi quicquid, & c.* non valere dicit *Palau. l. c. Dia. l. c.*

» IV. Hoc Sacramentum tantum dandum est
 »morti propinquis, ex morbo, vulnere, partu
 »vel senectute, quia hi soli sunt infirmi. Quod si
 »morbo liberati rursus periclitentur, iteran-
 »dum est; & quidem in diuturnis morbis, quo-
 »ries erit periculum novum, neque expectan-
 »dum, (sub gravi culpa, *Quint. t. 5. f. 9*) donec
 »sensibus careant, vel omnino sint desperati. In
 »dubio verò de vita, detur sub conditione,
 »*Laym. l. c. ex S. Tho. Suar. d. 40.*

» V. Si conferatur infirmo communi morbo,
 »sive non graviter vel periculosè laboranti,
 »non est validum, *Suar. Palau. Gran. Amic. & c.*
 »*comm.* Ac licet *Less. Wiggers & Quintan.* contra-
 »rium putent probabile, concedunt tamen, sic
 »inunctum iterum inungendum esse. [etiam in
 »eodem morbo] quando periculosè laborare
 »cœperit, ob mutatum statum infirmitatis, ad-
 »ditque *Quint.* mortaliter peccatum fuisse, v.
 »*Quint. f. 7. Dian. p. 9. t. 6. R. 45.*

» VI. Ad Sacramentum hoc cum fructu reci-
 »piendum, in eo qui rationis est compos, &
 »consciens peccati mortalis, (si non confiteatur)
 »requiritur contritio saltem existimata; neque
 »sufficit attritio, *Bon. d. 7. q. un. p. 5. n. 2, ex Regio.*
 l. 28.

l. 28. c. ult. a. 73. Ordinariè autem, nisi obster²²
 causa rationabilis, (v. g. si ob vomitum com-²²
 municare non possit) præmittenda est confes-²²
 sio & communio, ob Ecclesiæ consuetudinem,²²
 quæ unctionem, tanquam minùs necessariam²²
 ad salutem, postponit, v. Bon. l. c. n. 13. Licet au-²²
 tem, per se loquendo, confessio non necessa-²²
 riò præmittatur, cùm per contritionem se²²
 disponere possit, per accidens tamen requiri²²
 potest, v. g. si post viaticum peccasset mortali-²²
 ter, & timeretur post unctionem defuturum²²
 tempus confessioni, tunc enim priùs audien-²²
 dus & absolvendus esset, quia sacramenta ma-²²
 gis necessaria tali casu priùs sumenda sunt,²²
 Fill. Barbos. Dian. p. 5. t. 3. R. 92.

VII. Pueris habentibus sufficientem ratio-²²
 nis usum ad peccandum, tametsi sacram Eu-²²
 charistiam non recipiant, non rectè negatur²²
 extrema Unctio, cùm inde nonnunquam sa-²²
 lus ipsorum dependere possit, Suar. 3. p. 10. 3. d.²²
 70. f. 1. Graf. Angl. Zamb. apud Lay. cap. 4. num. 2.²²
 qui Parochos quorundam locorum excusat²²
 per consuetudinem toleratam ab Episcopis, si²²
 non dent pueris ante annum 14. vel 15., ex-²²
 cepto casu necessitatis, quo puer, quem ratio-²²
 nis usum consecutum esse constet, aliud Sacra-²²
 mentum ante mortem suscipere non possit. v.²²
 Chapeavill. c. 5. q. 17. Ac licet Parochus in con-²²
 fessione cognoverit, puerum nunquam actua-²²
 liter peccasse, debere tamen illum inungere²²
 contra Nugn. & Sancium, docet Suar. Reg. Fill.²²
 Kon & c. cum Dia. part. 3. l. 4. R. 181. Si verò du-²²
 bium sit, an puer usum rationis habeat, ungen-²²
 dus est sub conditione. Dian. p. 9. t. 3. R. 85. &²²
 Sanc. Zamb. & Lug.

- » V. Minister, est solus Sacerdos proprius, sine
 » Pastor; sine cuius venia, si extra necessitatem
 » alius det, validum quidem est, sed graviter
 » peccat *Syl. Sotus*; *Kon. d. 9. n. 28.* & religiosus
 » incurrit excommunicationem Papalem, *Suar.*
 » *Reg. l. 18. nu. 40.* Posse tamen Regulares hoc
 » Sacramentum (uti & viaticum) in articulo
 » mortis suis familiaribus ministrare, docet
 » *Dian. part. 5. t. 3. R. 52. ex Mancino*; &c. In
 » necessitate verò, ut si Pastor absit, vel dare
 » nolit, nec superior possit adiri pro petenda li-
 » centia, licite ministrat quis non excommu-
 » nicatus aut suspensus; (etiam Regularis, ut
 » contra *Gay.* docet *Præp. Henr. Fern. Gra. Dia.*
 » *R. 82.* censetur enim tunc Papa dare licentiam,
 » *Lay. Reg. Suar. l. c. Dian. R. 176.*
 » VI. Sufficit Sacerdos sine ministro in neces-
 » sitate, nec in ea foemina adhibenda est; quòd
 » si tamen fiat, veniale esse docet. *Quint. t. 5. f.*
 » *6.* In ea posset etiam unus unam, alius aliam
 » partem inungere, pronuntiando tamen for-
 » mam illi unctioni respondentem. *Bon. l. c. &*
 » *commun.* non tamen potest unus inungere ali-
 » quem sensum, & alius formam pronuntiare;
 » neque unus unum oculum, alter alterum. *vid.*
 » *Dia. p. 9. t. 7. R. 56.* Quòd si Sacerdos non pos-
 » sit progredi, supplenda erunt per alium, quæ
 » restant, *Tan. Præp. Merat.* Qui apud *Dian. p. 5.*
 » *t. 3. R. 87.* notat, licere etiam alteri unctiones
 » ab initio repetere, perinde ac si prior nullam
 » earum inchoasset.
 » VII. Et si in administratione hujus Sacra-
 » menti servanda sint omnia præscripta in Ri-
 » tuali, Agenda vel Manuali; mortale tamen
 » non esse, administrare in necessitate sine su-
 » per-

perpelliceo vel stola, docet *Quint. & Leand.*
conceditque *Amicus*. Et *Dia. p. 8. t. 1. R. 79.* id
excusat ab omni peccato, si infirmus non fit
capax alterius Sacramenti, & ista haberi non
possint, contra *Suar. Regin. &c.*

Imò etiam extra necessitatem non esse mor
tale, 1. Omittere Psalmos Pœnitentiales, Li
tania & cæteras preces, docet *Palau & Gran.*
Dico, extra; quia in necessitate gravi, v. g. tem
pore pestis, & morte imminente, statim un
gendus est sine præmissis orationibus, quæ ta
men postea supplendæ sunt, si supervivat infir
mus, *Bon. d. 7. p. 6. n. 8.* 2. Deferre ad ægrum,
vel administrare sine lumine, *Leand. citans.*
Possu. Quint. t. 5. f. 13 Barbos. de offic. Parochi. c. 22.
3. Si solus sine ministro administret; imò
hoc in necessitate permittunt *Tol. Sa. &c. vid.*
Dia. p. 9. t. 6. R. 36. 4. Si ungat aliter, quàm in
formam crucis, Suar. Bea. Lay. v. Dia. p. 3. t. 4.
R. 178.

VIII. Pastor, ratione officii, tenetur sub
mortali dare iis, qui petunt, nisi iusta causa
excuset: etiam tempore pestis, modò possit
absque periculo vitæ; cum eo enim non te
neri docet *Tan. Dia. p. 5. t. 3. R. 93.* Si peste infecti
sint confessi, posse sine peccato omitti, absolu
tè docet idem *Dia. p. 3. t. 4. R. 174. p. 5. t. 3. R. 83.*
& 93 & p. 8. t. 1. R. 21. ex *Villal. Tan. Amico, Franc.*
Lugo, &c. Suar. Fill. Kon. Bon. Lay. ll. cc.

IX. Sacerdos curatus peccat mortaliter, si
petentem negligat inungere, vel differat cum
probabili periculo, ne sine unctione moriatur
æger, (nisi iusta causa excuset) quia in re gravi
non præstat id, ad quod tenetur ex iustitia.

Alius verò Sacerdos, si absente Parocho licitè
& sa-

» & facile possit, tenetur ex charitate, sed sub-
 » veniali tantum; nisi tamen ægrotus valde in-
 » digeret, v. g. si alioqui sine omnibus Sacra-
 » mentis esset moriturus, quod aliud nullum
 » suscipere possit; tunc enim quidam gravio-
 » rem obligationem agnoscere videntur. *v. Dia.*
 » R. 170. *Lay. l. 5. t. 8. c. 7. n. 3.*
 » X. Parocho vesperi timenti ne noctu voce-
 » tur ad ægrum, non licet retinere domi sacramen-
 » oleum, ut vocatus possit venire expeditius;
 » Licet venialem culpam in eo tantum agnoscat
 » *Barbos. c. 22. ex Possu. item Quint. t. 5. f. 10.*
 » tamen à mortali non audeat excusare eum, qui
 » semper domi retineret.
 » XI. Decens est, ut stuppa comburatur; quæ
 » ad Singulas unctiones nova adhibenda est, nisi
 » aliud habeatur in agenda, *Laym. l. c. Sa.*
 » Resp. II. Effectus ejus principalis est, robo-
 » rare animam contra tentationes dæmonis in
 » morte. Secundarius est, 1. delere reliquias
 » peccatorum. 2. tollere pœnas restantes. 3.
 » aliquando etiam sanitatem corporis confer-
 » re, si expediat, *S. Thom. Sylv. Suar. d. 41. f. 1. Unde*
 » *resolves,*
 » Hujus Sacramenti non sunt capaces, 1. Pue-
 » ri ante usum rationis; etsi sufficiat ea ætas, quæ
 » possunt peccare, *Nav. Suar. l. c.* 2. Perpetuo
 » amentes: aliis verò delirantibus, si antè peti-
 » verint, aut petituri fuissent, si cogitassent, aut
 » ostenderint signum doloris, dari potest & de-
 » bet, *Sylv. Henr. Lay.* Et si tales unctioni resistant,
 » ligandos esse, vel fortiter tenendos, ait *Zamb.*
 » apud *Dia. p. 5. t. 3. R. 84.* qui cum *Barbos. c. 22.*
 » dicit esse necessarium, quando phreneticus
 » non potest aliud Sacramentum suscipere.

a. Muti,

2. Muti, surdi & cæci à nativitate sunt capaces, atque adeo debent inungi propè organa sensuum, quibus carent: etsi exterius per illa non peccarint, potuerunt tamen peccare per interiores potentias, quibus illa respondent.

Poffev. Nald. Præp. Dian. p. 5 t. 6. R. 11.

3. Non suscipere hoc Sacramentum, per se loquendo, secluso scandalo & contemptu, non est peccatum mortale, *Suar. Laym. Tan. Escob. &c.* multò minùs peccant mortaliter domestici, si id non procurent: Veniale tamen esse docet *Kon. d. 19. dub. 20. contra Nug. v. Dia. p. 3. t. 4. R. 170. p. 8. t. 1. R. 58. & p. 5. t. 3. R. 97.* ubi notat ex *Tan.* non censerì contemnere, qui sciens prudens omittit tempore apto & oblata commoditate: contrarium tamen vult *Tol.* præsertim si probabiliter deinceps non sit futura commoditas.

A D D E N D A.

Quest. 311. Quinam hic sint hæreticorum errores vel opiniones aliquorum: & quænam doctrina Scripturæ ac Conciliorum. *R. §. 1. Bellarm. hic c. 1. ostendit Waldenses, Albigenes, Vicleff. Luth. Calv. & alios sectarios negare ac tantùm irridere hoc Sacramentum Unctionis. Notat etiam Aversa hic f. 1. plures catholicos opinatos esse hoc Sacramentum non esse immediate à Christo sed ab Apostolis ex commissione Christi institutum.*

§. 2. Certum est ex Trid. sess. 7. Can. 1. omnia Sacramenta esse immediate instituta à Christo: quod etiam definit de hoc Sacramento, uti referam n. 2089. quamvis non ita sciatur quando,

Tom. VII.

Rrrr

do,

do, probabiliter tamen post Resurrectionem, quando instituit Pœnitentiam, ejus consummativam esse Unctionem dicit *Trid.* sess. 14. De extr. Unct. in procem. Quod autem aliqui referunt ex *Marci* 6. v. 13. Ungebant oleo multos agros & sanabant, *Arcudius* De concord. Eccl. Occid. & Orient. l. 5. c. 8. & *Aversa* probabiliter intelligunt de alia unctione non sacramentali, de qua *Trid.* dicit, quod per illam infinitum fit hoc Sacramentum, *Catech. Rom.* c. 2. dicit Christum dedisse illius specimen, *Arcud.* & *Aversa* dicunt adumbratum fuisse, sicuti Baptismus Joannis fuit umbra Baptismi Christi: Et certum est ab initio Ecclesiæ multas alias fuisse unctiones, quæ non essent Sacramentum, ut dixi l. 6. p. 1. n. 381. ad quarum distinctionem hæc vocatur extrema.

2087. §. 3. Hoc Sacramentum promulgatum est à *S. Jacobo* Apostolo in Epist. c. 5. v. 14. Infirmatur quis ex vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei. De illo sic habet *Florentinum* post sess. ult. in Decreto *Eugen. IV.* ad Armenos. Sacramentum quintum est extrema Unctio, cujus materia est oleum olive: forma per istam Unctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid per visum &c. deliquisti: nam Unctio fit, in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, in locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem invigentem. *Tridentinum* supra dicit Apostolicam traditione Ecclesiam docere, hujus Sacramenti

materia
firmam
§. 4.
pecca
nes con
cisi adv
omnem
nostras
quo veh
dat ad p
fit, divi
pendere
plican
animar
miseric
vatus &
tentatio
refillit.
§. 5.
hic sua
mam T
tum à C
Aposto
à Patri
Can. 2
nem no
alleviat
fuerit g
quis d
observa
B. Jac
à Chri
Can. 4
Jacobus
hortat
matt

materiam esse oleum ab Episcopo benedictum.
firmam, illa verba, Per istam Unctionem &c.

§. 4. Præcipuus finis hujus Sacramenti est 2088.
peccatorum reliquias tollere, & juvare homines contra dæmonem in ultimo agone, nam essi adversarius noster, inquit Trid., occasiones per omnem vitam quærat & captet, ut devorare animas nostras quoquo modo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus & à fiducia etiam, si possit, divinæ misericordiæ deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitæ perspicit: Hinc c. 2. explicans effectum hujus Sacramenti addit, ægroti animam alleviat & confirmat, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando, quâ infirmus sublevatus & morbi labores ac incommoda levius fert, & tentationibus dæmonis calcaneo insidiantis facilius resistit.

§. 5. Per sequentes 4. Canones doctrinam 2089.
hic suam concludit Trid. 1. Si quis dixerit extremam Unctionem non esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino nostro institutum, à B. Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum, anathema sit. Can. 2. Si quis dixerit sacram infirmorum Unctionem non conferre gratiam nec remittere peccata nec alleviare infirmos, sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema sit. Can. 3. Si quis dixerit extremæ Unctionis ritum, usum, quem observat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ B. Jacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, posseque à Christianis absque peccato contemni, anathema sit. Can. 4. Si quis dixerit presbyteros Ecclesiæ, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos,

sed etate seniores in quavis communitate, ob idque proprium extremæ Unctionis ministrum non esse solum Sacerdotem, anathema sit.

2090. Q. 312. Quid notandum sit circa varias sententias, quæ concernunt materiam, formam, ministrum & subiectum Sacramenti Unctionis. R. §. 1. Opinio illorum, qui cum *Suar.* dicunt chrisma esse materiam validam hujus Sacramenti, quamvis sit speculativè probabilis, tamen non est talis practicè, sed subjacet damnationi *Inn. XI. in 1. prop. quia Florent. & communissima apud Avers. l. 2. dicit materiam esse oleum olivarum: & hanc non sequendo Sacramentum exponeretur periculo nullitatis, Carden. in 2. crisi diff. 2. num. 497. Si tamen deesset oleum, liceret uti chrismate, nam in casu necessitatis, quando haberi non potest medium certum, utendum est probabili. Quòd si postea haberi posset oleum, aut si Pastor per errorem inunxisset ægrum chrismate, dicendum est cum *S. Carolo Borrom.* in Instr. Pastor. & aliis cum *Ills. hie n. 1. contra Laym. l. 5. t. 8. c. 2. n. 4. Sacramentum debere repeti sub conditione, quia dubium est, an cum chrismate fuerit validum. Et idem dicit Synodus Coloniensis anni 1662. si Sacerdos per errorem usus esset oleo catechumenorum.**

2091. §. 2. Putarunt aliqui apud *Avers. l. 2. de valore non esse benedictionem olei: & hoc defendi posse dicit etiam Arcud. c. 2. sed post damnationē 1. prop. ab Inn. XI. hoc non est practicè probabile, nam agitur de valore, & cum oppositum sit longè probabilius cum *S. Th. in suppl. q. 29. a. 5. Aversa, Ills. supra & communissima, Sacramentum exponeretur periculo nullitatis: cui tamen non exponetur, secundum Avers.**

Avers. si fiat aliqua benedictio ordinata ad effectum hujus Sacramenti, quamvis non servetur illa, quæ in Pontificali præscribitur.

§. 3. Docent multi benedictionem hujus olei posse committi simplici Sacerdoti, saltem à Papa, nam *Clemens VIII.* die 31. Aug. 1595. in Instruct. quæ est inter illius Constitutiones 34. sic habet: *Non sunt cogendi Presbyteri Græci olea sancta præter chryisma, ab Episcopis latinis Diocæsanis accipere, cum hujusmodi olea ab eis in ipsa oleorum & sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur seu benedicantur, chryisma autem, quod non nisi ab Episcopo, etiam juxta eorum ritum, benedici potest, cogantur accipere.* Unde quamvis *S.Th. 2. 6. Bellarm. c. 7. Dicast. hinc n. 32. Avers. l. 2. & communissima* dicat ex præcepto Christi requiri hinc benedictionem Episcopi, cum tamen certum sit benedici à presbyteris græcis approbante latinâ Ecclesiâ, sententia illa pro Ecclesia græca videtur esse practicè certa, sed pro latina est summum speculativè probabilis, pro quo videri debent dicenda n. 2135.

§. 4. Si oleo benedicto per decursum anni successivè affundatur non benedictum, & quantitas affusa non benedicti, si omnes partes simul spectarentur, esset superatura quantitatem benedicti, sententia dicens perdi per hoc benedictionem defenditur à multis, uti habet *Card. à n. 460.* qui hoc dubium misit ad sacram Congregationem, petens resolvi, an sic fieri possit, quæ 23. Sept. 1682. respondit posse, adeoque nunc partim ex consuetudine plurimarum Ecclesiarum, partim ex hac declaratione, partim etiam ex *Rituale Romano* practicè certum est licitum esse sic procedere, dummo-

do successivè & per particulas sic affundatur, ut pars nunc affusa sit minor parte alterâ, cui affunditur, totum enim hoc ipso fit benedictum, uti de aqua benedicta communiter docetur, & hinc si iterum iterumque aliquid affundatur, semper totum est benedictum.

2094. §. 5. *Suar. & Fill.* putârunt ad valorem non sufficere allini unam guttam olei, uti ad Bap-
tismum non sufficit apponi guttam aquæ, sed rectè contradicunt *Avers. & Dicast.* num. 44. f. 2. nam si digito allinas guttam olei, diceris un-
gere: E contrâ si digito apponas guttam aquæ, non diceris abluere, ad ablutionem enim re-
quiritur fluxus, uti habet communior ex dictis l. 6. p. 1. n. 258.

2095. §. 6. Per formâ hujus Sacramenti necessariò significari debent, 1. actio ungenti, uti *Avers. f. 3.* cum communi tenet. 2. Modus deprecationis, uti probabilius tenent *S. Th.* in suppl. q. 29. a. 1. *S. Bonav. Sor. Suar. Valent. Côn. Bonac. Averf. & alii* cum *Dicast.* hîc d. 1. dub. 4. quia *S. Jacobus* num. 2087. relatus dicit, inducat presbyteros & orat super eum ungentes &c. & oratio fidei &c. oppositum tamen tenent *Alb. M. Rich. Palud. Esna. Becan.* putantes sufficere, si in indicativo dice-
retur, ungo te in Indulgentiam delictorum, quæ ad-
misisti per visum &c. 3. Deprecatio pro remis-
sione peccati, & quidem commissi per sensum, quamvis enim *Boso De Pœn.* d. 7. f. 3. num. 3. putet non esse opus exprimere peccatum, sive
Tò quidquid deliquisti, patet illius sententia
praxin esse illicitam. Formas saltem secundum
verba alias apud græcos & alios latinos usita-
tas, refert *Arcud.* c. 5.

2096. §. 7. Si dicatur, ungo te, ut Deus tibi indulgeat

quidquid deliquisti per visum &c. *Nugn. & Bonac.*
dicunt ob stare valori, sed negant *Suar. Laym.*
Dian. Avers. l. 3. Dicast. n. 65. videtur enim ma-
nere sensus deprecativus: praxis tamen est illi-
cita, secundum sæpe dicta.

§. 8. Quandonam mutatio materiæ sit sub- 2097.
stantialis vel tantum accidentalis, colligitur ex
dictis l. 6. p. 1. à n. 18. ubi n. 26. dixi usurpatio-
nem antiqui olei pro novo non esse substantia-
lem. Quandonam mutatio formæ hinc sit sub-
stantialis vel tantum accidentalis, dixi ibidem à
n. 29. ubi n. 33. addidi, si plures ungant singulos
sensus, Sacramentum valere. Ibidem n. 42. dixi
fore mutationem accidentalem sed notabi-
lem, ideoque peccaturum mortaliter, qui hinc
usurparet oleum antiquum pro novo; qui o-
mitteret nomen sensus illius qui inungitur, aut
verba illa, & suam piissimam misericordiam, maxi-
mè cum *Nugn. Bellarm. c. 7.* & alii dicant hæc
verba esse de essentia. Rectè autem docet *Avers.*
l. 3. quamvis *Rit. Rom.* velit dici, per hanc sanctam
Unctionem, tamen tò, sanctam, non esse de essen-
tia, licet videatur dubitare, *Suar. Florent.* enim &
Trid. non addunt. Si ungens dixerit, Indulgeat
tibi Deus, quidquid deliquisti, pro, deliquisti,
rectè dicit *Gob. n. 811.* debere iterari.

§. 9. Non tantum materia & forma, sed eti- 2098.
am partiales materiæ hujus Sacramenti mora-
liter conjungi debent: hinc si una Unctio qua-
drante horæ distaret ab altera, putant *Nugn. &*
Avers. l. 5. Sacramentum fore nullum. Quod si
Sacerdos post aliquas Unctiones deficeret,
putant multi alium Sacerdotem debere tan-
tum addere reliquas Unctiones, sed *Merat.* pu-
tat non esse certum valorem Sacramenti sic per

partes successivè à pluribus ministrati, ideoque
 Unctiones omnes sub conditione ab initio re-
 petendas, quod etiam admittit *Avers.* f. 10.

2099. §. 10. Quamvis *Waldensis* putaverit hoc Sa-
 cramentum in necessitate posse ministrari ab
 inferiore Clerico, aut etiam à laico, tamen om-
 nes alii, inquit *Avers.* f. 10. pro certo docent
 neminem nisi Sacerdotem, nequidem ex dis-
 pensatione Papæ, posse ministrare, quod pro-
 bat saltem praxis Ecclesiæ, quæ nunquam dis-
 pensat, ut ab alio fiat.

2100. §. 11. Cùm *S. Jacobus* dicat, inducat presbyteros
 Ecclesiæ, & orant super eum ungentes, Græci ad
 hoc Sacramentum ministrandum adhibent
 septem presbyteros, aut saltem tres: sed rectè do-
 cent *S. Th.* aliique PP. cum *Arcud.* c. 3. & *Avers.*
 f. 10. practicè certum esse, quòd sufficiat unus.
 Et quamvis adessent plures, rectè ostendit *Arcud.*
 c. 6. esse abusum apud Græcos, quòd singuli
 ungant eandem partem, repetitâ toties formâ.

2101. §. 12. Plures Græci putant etiam non ægros
 esse capaces hujus Sacramenti, propter imma-
 turam mortem, quæ sæpe contingit: sed con-
 tradicunt latini omnes cum *S. Th.* in suppl. q.
 32. a. 1. hinc *Arcud.* c. 4. dicit usum Græcorum
 esse merum abusum. Exemplum autem *S. Hed-
 vvigis* ante morbum petentis Unctionem, ut
 refert *Rayn.* in *Heter.* Tom. 16. f. 1. pu. 12. nu. 2.
 fuit extraordinarium ex instinctu divino. Fate-
 tur tamen *Arcud.* sæpius etiam à viris sanctis
 frontem energumènorum vel etiam locum af-
 fectum hominis nõ ægri esse isto oleo unctum,
 sed non per modum Sacramenti, hinc addi
 non debet forma Sacramenti, nec ceremoniæ
 consuetæ.

§. 13. Si sciretur, quod æger nunquam 2102.
 actualiter peccasset, *Nugn. Syl. 7. Sanch. Arr.* pu-
 tant non fore capacem hujus Sacramenti, &
 consentit *Aversa* f. 8. si nequidem ante Bapti-
 smum actualiter peccaverat: sed contradicunt
Suar. Henriq. Cón. Fill. Villal. Regin. Bonac. Dian.
Dicast. Compt. Rayn. n. 9. quia fines hujus Sacra-
 menti sunt alii, præter sublationem peccati vel
 reliquiarum ejus, uti constat ex dictis n. 2088.
 & dicendis nu. 2111. & 2119. Et ideo plures
 secundum dicta l. 6. p. 1. n. 181. putarunt B. Vir-
 ginem etiam suscepisse hoc Sacramentum, sed
 hi supponere debent eam ex infirmitate aliqua
 decessisse, hinc meritò eum aliis contradicit
Ills. n. 13.

§. 14. Certum est ex *Trid. c. 3.* contra *Goffri.* 2103.
 dum apud *Rayn. nu. 13.* hoc Sacramentum esse
 iterabile: Ut autem redeunte periculo in eo-
 dem morbo iterum inungi possit infirmus, *A.*
genda Coloniensis dicit infirmitatis statum per
 moram diuturnam ita interrumpi debere, ut
 iudicio communi videantur esse morbi distin-
 cti: sed *Synodus Coloniensis c. 3. §. 7.* rectè dicit, si
 melius habere coeperit, & Medicorum iudicio extra
 probabile seu propinquum mortis periculum fuerit
 constitutus, posse utiliter iterari: Hinc *S. Th. Kellis.*
Dian. Busenb. & alii cum Rayn. n. 15. dicunt, si in
 eadem infirmitate diu durante, v. g. in hydro-
 pisi, phthisi, notabiliter varietur morbi status,
 ita ut æger evadat è periculo proximo mortis,
 licet non è morbo, & relabatur in tale pericu-
 lum, posse Sacramentum reiterari: Iteratum
 autem in eodem morbo & periculo est irri-
 tum, *Avers. f. 5.*

§. 15. Latini unguunt quinque sensus, uti 2104.
 dictum

Rrrr 5

dictum

dictum est num 2087. Græci autem frontem, mentum, ambas genas, pectus, manus, ex utraque parte & pedes. Arcud. c. 7. Et quamvis multi apud Avers. f. 4. putent de valore non esse, ut ungetur ullus sensus, sed satis esse ungi aliam corporis partem: item quamvis aliqui apud Dicast. hic n. 68. putent opus non esse explicite & directe significari ullum sensum in particulari, tamen utrumque oppositum est longe probabilius, hinc sententiæ illæ non sunt practice probabiles.

2105. §. 16. S. Th. in suppl. q. 30. a. 1. ad 3. Avers. f. 4. & 5. Dicast. n. 49. & alii dicunt singulas sensuum unctiones esse de essentia hujus Sacramenti, ideoque Sacramentum non existere nec causare ante positam ultimam: Oppositum valde probabiliter tenent Suar. Henriq. Cón. Lay. Arcud. Serar. aliique multi cum Dian. p. 3. t. 4. R. 168. & Ills. nu. 4. quamvis enim singulorum sensuum unctiones non sint integrum & completum Sacramentum, attamen sunt quasi incompletum, simili modo, quo singulæ species panis & vini in Eucharistia sunt incompleta Sacramenta, item sicuti singuli Ordines sunt Sacramentum inadæquatum Ordinis, ideoque illa singula seorsim causant speciales gratias sibi correspondentes Sed non obstante quacunque probabilitate hujus sententiæ praxis illius non est tuta, quia cum non sit certa, Sacramentum exponeretur periculo nullitatis, Carden. n. 497.

2106. Q. 313. Quid præterea sit notandum circa Sacramentum Unctionis. Bz. seqq. §. 1. Dixi l. 6. p. 1. n. 202. Unctionem cum obice gratiæ susceptam reviviscere, si intra tempus ejusdem morbi removeatur obex: possuntque plura de hoc videri

videri apud *Avers.* f. 7. Item hinc num. 1875. dixi surdo, muto & cæco, qui nunquam habuit usum rationis, dari non posse, sed tantum illi, qui habuit usum rationis & instructionem aliquam: Etiam hinc n. 1993. dixi daturum Unctionem non debere interrogare confessarium, an æger sit absolutus, sed tantum an sit confessus.

§. 2. Hoc ipso, quod quis Christianus sit, 2107. censetur velle sibi dari hoc Sacramentum, quamvis nec petierit nec ullo sensu nunc utatur, qui enim est in Ecclesia & in ea vult mori, vult ejus Sacramentis juvari debito tempore, *Barb. Dicast. Burgh. cent. 3. cas. 76. Steph. t. 5. d. 6. n. 14 & 18. Et secundum dicta l. 6. p. 1. n. 172.* hinc sufficit voluntas interpretativa, de qua *S. Aug. l. de adult. conjug. c. ult. ait. Multo satius est nolenti dare, quam volenti negare, ubi, velit an nolit, non apparet: attamen credibilis est eum, si posset, velle se potius dicturum fuisse.*

§. 3. Reus, qui sumpto veneno expectat 2108. mortem, est inungendus, quia venenum reddit periculosè infirmum, *Avers. f. 8. Steph. n. 14* Reus autem rotæ affixum non tenetur parochus inungere, cum non sit consuetudo: potest tamen, si reus ferventer petat, cum graviter infirmetur ex divulsione membrorum, *Lohn. Gob. t. 8. n. 850.* Ungendus etiam est ille, qui est in mortis periculo, eò quod sibi non possit sanguis per nares affluens, *Steph. Suprà.* Item puerpera, si foetus sit extrahendus, vel mors ei ob specialem rationem timeatur in hoc partu, *Sily. Nav. Alcoz. Lohn.* Item quia senectus ipsa est morbus, inungendus est senex deficiens, *Ris. Rom.*

§. 4. Reo decapitando vel suspendendo, 2109. item

item inituro prælium vel periculosam navigationem non datur, cum non dicantur infirmi. Si autem alicui abscindatur pes vel manus, *Quintanadv. & Gob.* putant inungendum, quia meritò timeri potest, ne deficiat. Negat probabilius *Lohn.*, quia experientia docet ordinariè non deficere, & alioqui, qui secatur pro calculo vel rùptura etiam esset inungendus.

2110. §. 5. Pueros septennium vix egressos inungi posse negant *Sot. Vivald. & alii*, & videtur consentire *S. Tho.* in suppl. q. 32. a. 4. quia non habent actualem devotionem: hinc *Sot. Lyp. Agenda Colon.* dicunt ætatem huic Sacramento præfinitam esse eandem, quæ Communioni. Addunt cum *S. Th. a. 3.* non esse unguendos furiosos & amentes, nisi in lucido intervallo. E contra non esse expectandam ætatem Communioni præfinitam rectè cum communi dicunt *Avers. C. S. & Rayn. n. 10.* Imò dari posse pueris omnibus, si peccati capaces fuerint, docent *Zambr. Sa, Laym. Avers. Rayn. Burgh. cent. 3. casu 93. & alii communiter.* Et idem videtur esse de furiosis & amentibus, qui habuerunt usum rationis, si absit periculum irreverentiæ, uti habet *Rit. Rom. & Syn. Colon. anni 1662. c. 3. §. 6.* ac communiter Theologi cum *Rayn. n. 8.* Et ad cavendam irreverentiam, tales homines ligari posse notant gravissimi Authores cum *Avers.* Similiter dandum est ebriis deficientibus, nisi constet esse in mortali, *Lohn. Gob. n. 832, 892.* Item vulneratis in duello, si post illud superfuit tempus pro contritione, quod in dubio est præsumendum, *Cón. Laym. Tamb. Lohn.*
2111. §. 6. In dubio, an puer vel quicumque alius æger unquam sit usus ratione, unguendus est, quia

quia hoc Sacramentum non est tantum ad peccata & peccati poenas tollendas, sed etiam, ne aeger in agone tentationibus succumbat, & ut, si ita expedit, sanitati restituatur *Zambr. 7. Sanch. Dian. Avers. Rayn. n. 10. Schild. t. 6. c. 6.* Hinc etiam dari debet illi aegro, qui in articulo mortis baptizatur, *Rich. Palud. Silv. Suar. Henriq. Zambr. Dian. Rayn. n. 9. Castrop. t. 26. pu. 6. n. 9.* Saltem sub conditione, si post Baptismum peccarit, inquit *Leander & Dicast. n. 156.* sed secundum dicta n. 2102. opus non est conditionem illam addere. Item dari debet in omni alio dubio, v. g. an sit in mortali, an adsit periculum mortis, quia in extrema necessitate praesumendum est in favorem hominis, pro quo instituta sunt Sacramenta, *Chapeav. Lohn. Schild. supra.*

§. 7. Si peste infectus non possit recipere aliud Sacramentum, tenetur parochus per se vel per alium ei ministrare Unctionem, etiam cum periculo contagii, ut colligitur ex dictis l. 3. p. 1. à n. 755. tum enim est gravissima necessitas parochiani, forte constituti in mortali, quo per hoc Sacramentum liberari potest; vel si in mortali non sit, poterit accipere vires ad resistendum dæmoni & feliciter emigrandum, *Suar. alii que communissime cum Carden in 1. crisi d. 76. c. 3.* Idem est, si infectus receperit Sacramentum Pœnitentiæ sed non Eucharistiæ, quamvis enim tum non sit in extrema necessitate, tamen est in gravi, in qua etiam tenetur subdito subvenire parochus, secundum dicta l. 3. p. 1. n. 755. potuit enim pœnitentia fuisse defectuosa, quæ per hoc Sacramentum per accidens

2112.

dens supplebitur in ordine ad causandam primam gratiam.

2113. §. 8. Aliqui, ut se Christo à Patre derelicto & sine Sacramentis morienti conforment, renuntiant etiam hoc Sacramentum suscipere, sed rectè ostendit *Rayn.* n. 16. hanc esse apertam deceptionem diaboli, qui hominem supernaturali hoc auxilio destitutum devorare querit. Quamvis autem, si æger receperit Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, *S. Th. Avers.* f. 9. *Rayn.* n. 6. & alii communiter dicant non esse obligationem sub peccato suscipiendi hoc Sacramentum, tamen esse obligationem suscipiendi docent *Mag. P. Sot. Turr. Genett.* hic c. 3. q. 1. hinc *Syn. Colon.* anni 1662. c. 3. §. 5. vult, ut nolens suscipere careat ecclesiasticâ sepultura. Licet autem Parochus sentire vellet cum prima sententia, tamen, si æger petat, tenetur ex iustitia & sub mortali ministrare, quia hoc Sacramentum est magnæ utilitatis, & illud ministrare spectat ad officium, quod parochus in se sumpsit, habetque parochianus jus ad illud petendum & suscipiendum, *Suar. Carden.* supra, *Avers.* f. 10. & alii. Inde tamen malè inferunt aliqui obligationem etiam sub mortali suscipiendi, nam Parochus peccaret mortaliter, si toto anno extra Pascha nollet parochiano suo ministrare Eucharistiam, hic tamen, si non summat, non ideo peccat. Concludit *Ills.* n. 15. quamvis nullum exstet illius recipiendæ præceptum, tamen vix posse omitti sine veniali, propter aliqualem saltem negligentiam.

2114. §. 9. *Arr. & Gobat* docent contra alios apud *Basenb.* licitum esse Parocho ferre sacrum oleum ad domum suam, quando probabiliter

cre-

credit se noctu vocandum: intellige, si aliàs foret periculum, ne fortè seroveniret.

§. 10. *Dicast. t. 3. n. 150.* dicit se vidisse à viris non indoctis ministrari Unctionem mediante argenteâ virgulâ, etiam extra tempus pestis: sed quamvis hoc non obstet valori, tamen *Avers. l. 4.* dicit fore mortale, si extra tempus pestis fiat, quia est in re notabili contra universalem consuetudinem Ecclesiæ. 2115.

§. 11. Quamvis sit gravis obligatio in administratione hujus Sacramenti, utendi habitu, id est, superpelliceo & stolâ, attamen in necessitate posset ministrari sine habitu. 2116.

§. 12. Unctio oculorum incipit ab oculo dextero, similiter à dextra aure, manu, pede &c. nec tota forma est enuncianda, prius, quam utrumque membrum sit inunctum: satis autem est unctionem fieri in palpebra oculi, in labiis &c. Secundùm *Rit. Rom.* manus exterius unguuntur presbyteris, reliquis autem interiùs: secundùm *Agendam Colon.* unguuntur manuum palmæ tam Sacerdotum quàm laicorum. Pedes unguuntur in planta, quia hac præcipuè ambulamus. *Rit. Rom.* dicit inunctionem renum omitti etiam in viris, quando infirmus commodè moveri non potest. *Agenda Colon.* ait, renum inunctio propter honestatem tam in viris, quàm in mulieribus ferè omittitur, eorumque loco pectus circa regionem cordis sacro oleo liniri solet, quod intellige de viris, maximè cum *Rit. Rom.* dicat, sive in mulieribus sive in viris alia corporis pars pro renibus ungi non debet. Nec est de valore, ut ungetur uterque oculus, utraque auris &c. sed satis est ungi unum ex illis organis: item de valore non est, ut isto ordine ungantur sensus, aut ut in formam crucis: qui

qui tamen aliquid horum negligeret, peccaret, etiam graviter, pro qualitate transgressionis. Si ungetur pars corporis infecta leprâ vel gangrenâ, expedit oleum, ne totum inficiatur, accipere calamo vel festucâ & applicare pollicem.


2118. §. 13. Populus dedoceri debet sequentes errores 1. quòd inunctus citius sit moriturus: imò rectè notat *Bellarmin.* De arte bene moriendi l. 2. c. 8. causam, cur multi ægri non convalescant, esse, quòd tam tardè petant extremam Unctionem: hinc *Synodus Colon.* c. 1. dicit suscipiendam, quando est verisimile mortis periculum propter infirmitatem. 2. Quòd inunctus non possit condere testamentum, nam per hoc Sacramentum nullius rei vel dispositionis fit incapax. 3. Quòd inunctus, si convalescat, peccet, si incedat nudis pedibus. Et has aniles fabulas vide fusè rejectas apud *Rayn.* à n. 3.

2119. §. 14. Per peccati reliquias, quas *Trid.* c. 2. dicit hic abstergi, multi apud *Avers.* f. 6. putant intelligi sola venialia, sed improbabiler, inquit *Bellarmin.* hic c. 8. nam *S. Jacobus* dicit, si in peccatis, simpliciter; & forma habet, quidquid deliquisti ergo, malè restringitur ad venialia: hinc dicendum cum *S. Th.* in supple. q. 30. a. 1. *Bellarmin.* *Avers.* *Arcud.* c. 8. intelligi, partim peccata, etiam mortalia, inculpabiliter non remissa per priora Sacramenta, vel commissa post illa, si nunc ignorentur; partim pœnas peccatorum, & speciatim languorem vel anxietatem relictam post peccatum, ideoque *S. Jacobus* ait, alleviabit eum Dominus.

2120. §. 15. Quamvis *Rit. Rom.* dicat ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum esse, & fortè sit obligatio, sed sub veniali tantum, inquit

quæ Averf. l. 9., ut si tempus & infirmi conditio permittat, Pœnitentia & Eucharistia ante Unctionem suscipiatur, tamen de hoc nullum est præceptum, & exempla multa de suscepto post Unctionem Viatico refert Rayn. n. 12. Et saltem si infirmus aliquando tempore supervivat, & iterum petat Viaticum, debet ei administrari; ac quoties voluerit, est pro confessione audiendus & absolvendus, Syn. Colon. 6. 3. §. 6.

§. 16. Rit. Rom. habet, vas, quo asservatur hoc oleum, esse argenteum aut stanneum: item si oleum deportetur ad ægrum, ob effusionis periculum posse deferri in lana bombycina. Denique si periculum sit, ne infirmus decedat, antequam fiant omnes Unctiones, citò ungan- tur sensus, & forma sic proferatur, per istas sanctas Unctiones & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid per visum gustum &c. deliquisti. Deinde si adhuc supervivat, repetantur unctiones singulorum sensuum & addantur orationes prætermittæ: si verò, dum inungitur, decessat, præbyter ultra non procedat, & prædictas orationes omittat. Quòd si dubitet, an vivat, adhuc Unctionem prosequatur sub conditione pronuncians formam, si vivis, per istam sanctam Unctionem &c.
ita Rit. Rom.



CAPUT II.

De Sacramento Ordinis.

DUBIUM I.

Quid Ordo, quotuplex, & qua ejus materia.

Resp. I. Ordo est Sacramentum, quo tra-
 ditur potestas circa Eucharistiam rite ad-
 ministrandam. Ordines univrsim sunt septē,
 Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acoly-
 thatus, Subdiaconatus, Diaconatus & Sacer-
 dotium: Quod rursus est duplex, Minus & Ma-
 jus, sive Episcopatus: Unde quidam octo nu-
 merant. Prima verò tonsura non est Ordo, nisi
 latè, sed tantum dispositio ad Ordines, per
 quam quis fit Clericus & capax beneficii Ec-
 clesiastici ac privilegiorum Clericalium. Ex his
 tres posteriores dicuntur Majores sive sacri,
 ob annexum votum solenne castitatis, (est
 ordinatus per gravem metum vel nimium blan-
 ditium & importunitate parentum probabili-
 ter eo non teneatur, nisi spontè ratificaverit,
 Suar. d. 29. Azor. Fill. t. 10. cap. 4. q. 3. Kon. num. 150.
 Bon. de mat. q. 3 p. 9.) Reliqui Minores, quot
 cum Vasq. alii Sacramentum esse negant, alii
 cum Bellarm. Kon. Fill. &c. communius & pro-
 babilius affirmant: Et quidem unum, vel per-
 fectione ac fine, vel unitate attributionis. v.
 Fill. tr. 9. c. 1. Bon. d. 8. q. 1.

Resp. II. Materia remota Ordinum, est ali-
 quod instrumentum, traditum ordinandis in
 signum potestatis spiritualis. Proxima, est
 ejusdem traditio & acceptio: Cujus contactum

phy.

physicum & immediatum, et si non esse essen-
 tialem aliqui probabiliter doceant cum Sa,
 Henr. Reg. Lay. Dia. p. 3. t. 4. R. 185. & aliis, quos
 citat; contrarium tamen communius est ac-
 curius, ut alterâ saltem manu tangatur; imò ex
 præcepto, ad scrupulum vitandum, utraq;
 manu, & quidem omnia, v.g. calix cum pate-
 na, hæc cum hostia, ut docet, *Fill.* idque simul
 cum prolatione verborum Episcopi. v. Lay. l.
 5. t. 9. c. 5. Bon. d. 3. q. 1. pu. 3. Dia p. 8. t. 1. R.
 40. & 42.

Resp. III. Officiarius ordinatur traditione
 clavium Ecclesiæ; Lector, libri lectionum; Ex-
 orcista, libri exorcismorum; Acolythus, am-
 pullarum vacuarum, vel saltem unius, & can-
 delabri cum cereo extincto, quia ejus est præ-
 parare lumen; vinum & aquam ad Missam;
 Subdiaconus, traditione calicis vacui, cum va-
 cua patena superposita, quia illius est hæc ad-
 Missam præparare; Diaconus, impositione
 manûs, & traditione libri Evangeliorum, quia
 ejus est catechizare, cantare Evangelium, &
 cum facultate Parochi prædicare, baptizare,
 Eucharistiam dare, v. *suprà*; Sacerdos, traditio-
 ne calicis cum vino, & patenæ cum pane, ad-
 ditâ formâ, quâ datur potestas sacrificandi,
 deinde impositione manûs, additâ aliâ formâ,
 quâ datur potestas remittendi aliis peccata.
Vid. Fill. t. 9. c. 2. Reg. Bon. Dia. p. 3. t. 4. R. 186. 187.
 & 188. & p. 8. l. c. *Ex dictis resolves:*

I. Potest Episcopus extra diœcesin suis sub-
 ditis conferre primam tonsuram, quia non est
 Ordo. Bon. & alii 4. cum Dian. p. 4. t. 4. R. 143.
 contra Barb. Sanch. &c.

II. Quando dubium occurrit, an Ordo sit
 Ssss 2 verè

"verè collatus, v. g. quia materia fuit dubia,
 "iterari potest & debet sub conditione: Quan-
 "do verò sunt rationes utrimque probabiles
 "pro nullitate & validitate, ait *Dia. p. 5. t. 3. R. 47.*
 "ex *Gran.* posse iterari sub conditione, imò de-
 "bere, si fit Episcopalis vel sacerdotalis; v. g. si
 "Sacerdos vel Episcopus non tetigisset vasa
 "sacra, aut illud instrumentum, in cuius por-
 "rectione imprimatur character. Excipit tamen
 "Sacerdotem, qui immediatè tetigit patenam,
 "sed non hostiam. Eum verò, qui non tetigit
 "calicem & patenam, dum forma profereba-
 "tur, sed paulò pòst, posse quidem ad maiorem
 "animi sui quietem sub conditione iterum or-
 "dinari, non tamen esse necessarium, docet
 "*Lug. R. mor. l. 1. d. 33.* Rectè autem notat *Dia. l.*
 "c. etiam si quis timeat, ne invalidè ordinatus sit,
 "aut non recordetur se tetigisse sacra vasa, aut
 "non tetigisse imaginetur, non illico iteran-
 "dum esse Ordinem, cum sola oblivio vel eti-
 "am timor non sufficiat ad prudens ac ratio-
 "nabile dubium vel probabilitatem.

" Resp. IV. Episcopus non potest ordinare
 "nisi subditos, vel ratione originis (si scilicet in
 "ejus dicecesi sint nati,) vel ratione domicilii,
 "voluntate isthic perpetuè habitandi, vel ra-
 "tione beneficii in sua dicecesi existentis, *Dia. p.*
 "*8. t. 2. R. 8. Lay. Præp. & c. comm.* Quocumque au-
 "tem horum modorum sint subditi, licitè eor-
 "um ordinat, ut habetur in c. *Cum nullus, de temp. or-*
 "*din. in 6. & ex communi, Henr. Less. l. 2. c. 34. d.*
 "*19. Unde resolves,*

" I. Qui in una dicecesi est natus, in altera ha-
 "bet domicilium, in tertia beneficium, à quo-
 "vis trium istorum Episcoporum potest Ordini-

nes vel demissorias accipere, *Præp. q. 1. d. 14.* 20
Lay. c. 9. Dia. R. 8. & 9. ubi cum Aversa & aliis 3. 20
 contra *Barbos.* dicit, etsi ab uno eorum accepe- 20
 rit Ordinem unum, posse alterum ab alio ac- 20
 cipere. 20

II. Potest quis ordinari òt originarius, ubi 20
 ipse vel pater ejus est natus, *Barbos. Zerola, A.* 20
Aversa, & alii 9. cum Dia. R. 12. Non tamen pot 20
 est ordinari ab Episcopo, in cujus diocesi na- 20
 tus est fortuito, v. g. quia mater ibi itineris vel 20
 negotiorum causâ degebat, quia non contra- 20
 hit ibi civilitatem originis, sed ubi parentes 20
 domicilium habent, ibi enim natus esse cen- 20
 setur, *Sanch. & alii 8. cum Dia. R. 11. contra* 20
Hurtad. 20

III. Qui in diversis Episcopatibus habet 20
 duo domicilia, in quibus æqualiter (etsi non 20
 mathematicè) habitat, potest ab utriuslibet 20
 loci Episcopo ordinari, quia utrique est subdi- 20
 tus ratione domicilii, *Præp. l. c. Sanch. Avers. & c.* 20
 cum *Dia. R. 14.* ejus tamen filius ab illo tan- 20
 tum, in cujus diocesi natus est: quòd si fortui 20
 tò extra utriusque diocesi fit natus, ab utro- 20
 vis potest ordinari, quia uterque censetur ejus 20
 Episcopus originis, cum non sit potior ratio 20
 de uno, quàm alio, *Præp. Dia. l. c.* Natus autem 20
 ex fornicatione, matris potiùs, quàm patris 20
 domicilium sequitur, *Præp. Dian. R. 18.* 20

IV. Qui plura habet in diversis diocesi- 20
 bus beneficia, potest à quolibet illorum Episcopo- 20
 rum ordinari, *Garc. Præp. l. c. Dia. R. 25.* 20

V. Studiofi, qui in universitate habitant (eti- 20
 am ultra decennium) animo redeundi in pa- 20
 triam, non contrahunt ibi domicilium, atque 20
 adeo ab ejus loci Episcopo ordinari non pos- 20
 sunt: 20

»sunt: Imò si istic ducant uxorem, nec filii eo-
 »rum, sicut enim is non dicitur Episcopus do-
 »micili respectu patris, ita nec Episcopus ori-
 »ginis respectu prolis, quæ nata fingitur in do-
 »micilio patris, *Dia. R. 15. & 17.*

A D D E N D A.

2123. **Q**uest. 314. *Quinam hic sint hereticorum erro-
 res & quæ doctrina Scripturæ ac Concilio-
 rum R. §. 1. Præcipuus error est Lutheri, Illyrici,
 Kemniti, & aliorum, qui negant Ordinem esse
 Sacramentum; uti refert Bellarm. tom. 3. con-
 trov. De Sacram. Ordinis c. 1. sed Ordinem esse
 verè & propriè Sacramentum à Christo insti-
 tutum, de fide est ex *Trid.* uti referam n. 2129.
 ac clarè colligitur ex scripturis ad *Ephes. 4 v. 11.*
 & 1. ad *Timoth. 1. v. 6.* aliisque locis apud *Bel-
 larm. c. 2.* qui sequentibus capitibus id ipsum fu-
 sè probat ex traditione Ss. PP. & ratione ipsa:
 breviter *Aversa De Ordine q. 1. f. 1.**

2124. §. 2. Ordinationem Ministrorum Ecclesiæ
 spectare ad laicos vel ad magistratus politicos
 docuerunt *Vicleff, Huss, Luth Calv* aliique secta-
 rii, uti refert *Bellarm. tom. 2 l. 1. De Clericis c. 2.*
 qui c. 3 & sequentibus, ac post eum *Aversa q. 3.*
 f. 1. evidenter ostendunt id à Christo commis-
 sum esse Apostolis, Episcopis aliisque auctori-
 tatem spiritualem habentibus in Ecclesiæ. Quod
 autem alii dixerunt, etiam mulierem esse capa-
 cem Ordinum, videri potest confutatum apud
Dicastillo De Ordine dub. 19.

2125. §. 3. In hoc Sacramento carpunt præcipuè
 hæretici, quòd pro sacris Ordinibus requira-
 mus coelibatum, sed *Bellarm. supra De Clericis*

c. 18. & 19. ostendit cœlibatum illum antiqui-
tus & jure Apostolico meritò annexum esse sa-
ceris Ordinibus : similiter obligationem conti-
nentiæ esse antiquissimam, ostendit *Aversa* q. 4.
s. 5. ab ipsis usque adeo Apostolis : convenien-
tiam autem exponit s. 6.

§. 4. Duo præterea in hoc Sacramento ar- 2126.

guunt hæretici, nempe unctionem & tonsu-
ram; sed unctionem esse antiquissimam cære-
moniam Ecclesiæ Christi, ostendit *Bellarmin.* tom.
3. De sacram. Ordinis. c. 12. Tonsuram autem
esse pariter antiquissimam & in Ecclesia sem-
per usurpatam, ostendit tom. 2. l. 2. de Mona-
chis c. 40.

§. 5. Fuit etiam error aliorum, qui dixe- 2127.

runt simplices Sacerdotes posse idem, quod
possunt Episcopi, nec hos esse illis superiores :
sed oppositum est de fide ex *Trid.* uti referam
n. 2129. potestque veritas catholica videri latè
probata à *Bellarmin.* tom. 2. l. 1. De Clericis c. 14.
& 15. E contra tamen audiendi etiam non sunt
alii, qui plùs æquo tribuunt dignitati episcopa-
li, & putant dedecere Episcopum, ut aliquando
hostiam à simplici Sacerdote consecratâ sumat,
hos enim rectè arguit *S. Hieron.* & post eum
Rayn. in *Heter.* tom. 16. s. 1. pu. 13. n. 10.

§. 6. Florentinum post sessionem ult. in De- 2128.

creto *Eug. IV.* ad Armenos de hoc Sacramento
ita docet. Sextum est Ordinis, cujus materia est il-
lud, per cujus traditionem confertur Ordo, sicut presby-
teratus traditur per calicis cum vino & patenæ cum
pane porrectionem : Diaconatus verò per libri *Evange-*
liorum dationem : subdiaconatus vero per calicis vacui
cum patenâ vacua supposita traditionem : & similiter
de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium as-

signationem, Forma sacerdotii talis est, Accipe potestatem offerendi sacrificium &c.

2129. §. 7. Trid. sess. 23. doctrinam catholicam de Sacramento Ordinis proponit per hos 8. Canones. 1. Si quis dixerit non esse in novo testamento sacerdotium visibile & externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi & offerendi verum Corpus & Sanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi, sed officium tantum & nudum ministerium predicandi Evangelium, vel eos, qui non predicant, prorsus non esse Sacerdotes, anathema sit. 2. Si quis dixerit præter sacerdotium non esse in Ecclesia catholica alios Ordines & majores & minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur, anathema sit. 3. Si quis dixerit Ordinem sive sacram Ordinationem non esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum excogitatum à viris rerum ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quendam eligendi Ministros verbi Dei & Sacramentorum, anathema sit. 4. Si quis dixerit per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere, Accipe Spiritum sanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum, qui Sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse, anathema sit. 5. Si quis dixerit sacram unctionem, quæ Ecclesia in sancta Ordinatione utitur, non tantum non requiri sed contemnendam & perniciosam esse, similiter & alias Ordinis ceremonias, anathema sit. 6. Si quis dixerit in Ecclesia catholica non esse Hierarchiam divinam ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, presbyteris, & Ministris, anathema sit. 7. Si quis dixerit Episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem,

vel

Ordines ab illis collatos sine populi vel potestatis secularis consensu aut vocatione irritos esse, aut eos, qui nec ab ecclesiastica & canonica potestate rite ordinati nec missi sunt sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & Sacramentorum Ministros, anathema sit. 8. Si quis dixerit Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos & veros Episcopos sed fragmentum humanum, anathema sit. Atque ex jam dictis supponendum est cum Theologis & Aver-
sa hic q. 2. l. 1. contra multos canonistas ad valorem Ordinis requiri materiam & formam nec posse solo verbo conferri à Papa dicente v. g. *Esto Sacerdos.*

§. 8. Adhuc notanda sunt seqq. 1. Materia 2130.
remota hujus Sacramenti sunt instrumenta, quæ traduntur; proxima est eorum traditio, vel in quibusdam Ordinibus, materia remota sunt manus Episcopi, proxima est illarum manuum impositio. 2. Multiplices ab initio Ecclesiæ fuerunt manuum impositiones, uti retuli l. 6. p. 1. nu. 381. quod advertendum est pro explicandis variis Canonibus Conciliorum & dictis Ss. PP. 3. In Ordinatione presbyteri apud Latinos est duplex manuum impositio: De prima, quæ fit ad Tractum ante Evangelium, sic habet Pontificale Romanum: Pontifex imponit simul utramque manum super caput cujuslibet ordinandi successivè, nihil dicens: idemque faciunt post eum omnes Sacerdotes, qui adsunt. De secunda, quæ fit post Communionem, sic habet: Pontifex cum mitra sedens super faldistorium ante medium Altaris imponit ambas manus super capita singulorum coram eo genuflectentium, dicens: Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseras peccata &c. 4. Forma hujus Sacramenti sunt verba, quibus significatur tradi-

§§§§ §

tio

rio potestatis respondens Ordini, qui confer-
tur, uti patet ex jam dictis.

Objicies Florentinum non assignat manuum
impositionem pro materia ullius Ordinis apud
Latinos, ergo perperam hoc asseritur. R. n.
conseq. Mens *Florentini* non fuit tradere mate-
rias & formas adæquatas omnium Sacramen-
torum, nam certum videtur, quod secunda ma-
nuum impositio & forma illi respondens sit de
essentia Presbyterii apud Latinos, uti commu-
nissimè Auctores cum *Dicast.* hic n. 145. Item ad
materiam partialem Diaconatus communiter
requirunt authores etiam impositionem ma-
nus Episcopi, & tamen de his non meminit *Flo-
rent.* uti nec de benedictione chrismatum confir-
mandorum, quæ tamen secundum dicta l. 6. p.
1. n. 374. requiritur ad valorem. Item non me-
minit de intentione Ministri nec de consensu
suscipientis Sacramentum, quæ etiam secun-
dum ibidem dicta n. 54. & 166. requiruntur ad
valorem sacramentorum. Itaque secundum
Lugo de Sacram. d. 9. n. 121. & *Dicast.* hic n. 191.
Florent. tantum voluit dare exempla in uno-
quoque Sacramento; vel potius secundum *Bel-
larm.* De Ordine c. 9. voluit ea tantum tradere,
quæ Armeni poterant ignorare, aut in quibus
fortè errabant, de manuum autem impositio-
ne non dubitabant, sed fortè de eo, an apud
Latinos opus esset omnibus istis aliis materiis.
Addit *Amic.* De Sacram. d. 2. nu. 66. ideo potius
assignasse aliquas alias materias quàm imposi-
tionem manuum, quia illæ aliæ materiæ erant
expressius & clariùs significantes potestatem,
quæ traditur, è contrà impositio manuum est
materia magis indifferens & communis pluri-
bus Sacramentis.

Q. 315. Cum unica sit Ecclesia, quæ habere de- 2131.
bet ubique eadem Sacramenta, quomodo fiat, quòd Ec-
clesia Græca & Latina non utantur eisdem materiis
Ordinum. R. Presbyteratus & Diaconatus apud
Græcos conferuntur per solam impositionem
manuum, apud Latinos autem Presbyteratus
præter impositionem manuum requirit tradi-
tionem patenæ cum pane & calicis cum vino,
ut constat ex dictis: similiter Diaconatus re-
quirit etiam traditionem libri Evangeliorum,
ut postea dicetur. Inde oritur difficultas, quo-
modo apud Græcos & Latinos fit idem Sacra-
mentum Ordinis: de quo licet aliquid dixerim
l. 6. p. 1. n. 16. tamen hęc res illa magis explican-
da est: Variæ autem sunt opiniones Authorum:

§. 1. Nonnemo putavit etiam apud Græcos 2132.
requiri, ut pro Presbyteratu tradantur patena
& calix &c. favetque *Tann. de Sacram. d. 7. q. 2.*
dub. 3. & 4. putans semper in omni Ecclesia
fuisse & adhuc esse opus adhibere utramque il-
lam materiam, additque cum *Henriq. olim v. g.*
quando S. Stephanus ordinatus est Diaconus,
pro libro Evangeliorum, quæ necdum scripta
erant, traditam fuisse chartam continentem
mysteria quædam evangelica. *Contra* est, nam
Bellarmin. c. 9. Arcud. De concord Eccl. occid. &
orient. l. 6. c. 3. & 4. Amic. De Sacram. d. 2. l. 4.
rectè ostendunt ex Conciliis & PP. olim per
manuum impositionem ordinatos esse Presby-
teros & Diaconos: *Lugo* autem *De sacram. d. 2.*
l. 5. testatur se vidisse Romæ, quòd sciente &
consentiente Papâ ordinati sint presbyteri
Græci à Græcis Episcopis per solam manuum
impositionem cum hac forma, *Divina gratia,*
quæ semper infirma sanat & quæ desunt supplet,
crea

creat seu promovet Titium venerabilem Diaconum
in Presbyterum : neque de valore talis ordina-
tionis dubitatum est in Florentino, neque Latini
quidquam ideo objecerunt Græcis, imò sic or-
dinati in Ecclesia Græca hodie dum assumun-
tur ad Latinam, fiuntque Archi-Episcopi & Car-
dinales. Præterea in constitutione Clement. VIII.
de qua dixi n. 2092. sic habetur: *Insuper Sr. D.
N. constituit Romæ habendum esse Episcopum Gre-
cum catholicum, qui Græcos Episcopis Latinis Italiae
& Insularum adjacentium subiectos ab Episcopo
Græco ordinari volentes, cum illorum dimissorius ad id
tantum concedendis ritu græco ordinent. Addit Ami-
cus n. 37. & 75. omnes materias & formas Græ-
corum à sacra Congregatione sub Urbano VIII.
confirmatas esse : ex quibus infert cum Lugo
n. 85. & Dicast. De Sacram. d. 1. n. 363. non posse
nunc nisi temerè dubitari de valore talis Ordi-
nationis : & Palav. n. 74. ex aliis absurdis, quæ
ex opposita sententia sequerentur, iudicat esse
certum, quòd Græcorum ordinationes valeant.*

2133. §. 2. *Gravina & Gonet de Sacram. d. 1. n. 79.*
dicunt Græcos ordinari per contactum me-
diatum patenæ cum pane & calicis cum vino,
ac consequenter etiam libri Evangeliorum,
quia debent attingere Altare, in quo hæc sunt,
atque ita mediata hæc tangunt : sufficere au-
tem contactum mediatum docent Authores
plurimi, nam vinum in calice etiam mediata
tantum attingitur. *Contra* est, nam licet proba-
bile sit sufficere talem contactum mediatum
panis & vini, si nempe immediate attingantur
patena & calix tanquam vasa instituta ad con-
tinendum illa, tamen in æstimatione pruden-
sum aliquis non dicitur simpliciter tangere
panem,

panem, vinum, librum Evangeliorum, per hoc, quod attingat Altare, in quo ista sunt, nec enim sufficit qualiscunque mediatio tactus, alioquin qui templum tangeret, diceretur etiam attingere illa, quæ sunt in templo.

§. 3. *P. Marchantius* in *Tribun. tom. 3. tr. 6. 2134.* tit. 6. q. 3. putat materiam essentialem Presbyterii semper fuisse & etiamnum esse utramque impositionem manuum, traditionem autem patenz & calicis esse partem tantum integram illius materiz, cui tum adjungatur forma moraliter adhuc cadens super primam impositionem manuum. *Contrà* est, ergo *Latinus* valide ordinaretur, qui nec patenam nec calicem attingeret, quod præter *Marchan.* nemo jam audet dicere.

§. 4. Dicendum est cum *Innoc. IV. Serar. Ar- 2135.* quid. *Bellarmin. Lugo, Amic.* quos citat & sequitur *Dicast. supra n. 370.* item cum *Aversa q. 2. f. 1. Arr. De Sacram. d. 6. f. 2. Haun. l. 4. n. 530. Palav. n. 75. Bosco hic f. 2. concl. 1.* aliisque plurimis, Christum tantum in genere determinasse materiam & formam Ordinum, volendo fieri per signa & verba repræsentativa potestatis conferendæ, reliquisse autem ulteriorem determinationem Ecclesiæ tanquam habenti publicam auctoritatem circa res sacras, quæ pro Græcis presbyteris determinavit manuum impositionem cum sua forma, pro Latinis, saltem posterioribus temporibus, etiam traditionem patenz cum pane & calicis cum vino. Est tamen in utraque Ecclesia idem Ordo à Christo institutus, nec ab Ecclesia variata est Christi institutio, quia Ecclesia retinet utrobique signa & verba repræsentativa potestatis, quæ confertur. Et
idem

idem videtur dicendum de extrema Unctione, uti insinuat n. 2092. tenetque *Dicas.* supra n. 371. & pluribus de extr. Unct. dub. 3. & 4. eò quòd etiam in hoc Sacramento materia & forma nò fuerit ultimò determinata à Christo.

2136. §. 5. An Presbyteratus futurus esset validus, si Græci ordinarentur per traditionem patenæ & calicis, Latini verò per solam impositionem manuum, aut si Ecclesia nunc institueret unum signum utriusque Ecclesiæ commune, dixi l. 6. p. 1. n. 16. in *Instantia* 1. ubi in *Instantia* 2. explicavi, cur Latinus validè ordinetur per formam græcè prolatam, attamen invalidè per materiam in Græca tantùm Ecclesia usitatam.

2137. Q. 316. An presbyterium apud Latinos sine prima manuum impositione collatum sit certò validum. R. §. 1. Negat S. Bonav. in 4. dist. 24. p. 2. a. 1. q. 4. ubi docet per eam impositionem imprimi characterem, imò in ea sola videtur constituere materiam presbyterii. *Nec obstat*, quòd *Tann.* hanc sententiam vocet falsam, improbabilem & erroneam, nam imprimis *P. March.* hanc *Tann.* censuram vocat parum modestam, si non insolentem. Deinde credibile est *Tann.* censurare eam sententiam, in quantum à materia excludit traditionem patenæ cum pane & calicis cum vino, quam *Florent.* ponit pro materia, hinc *Tann.* pro ratione ait, quia est contra *Florentinum*. Presbyterium sine prima manuum impositione collatum esse certò validum negat etiam *Marchant.* in trib. tom. 3. tr. 6. tit. 6. q. 3. dicens esse sententiam sequacium S. Bonavent. & addit utramque impositionem manuum, primam & secundam esse essentialem, licèt admittatur traditionem patenæ & calicis

calicis etiam esse materiam partialem. Idem negat Hallier apud Gob. t. 8. n. 93. dicens usque ad annum Christi 157. per solam impositionem manuum collatos esse Ordines, postea adjunctam esse traditionem patenæ ac calicis tanquam materiam integram de præcepto adhibendam, essentiali autem materiam esse primam manuum impositionem. Lugo de Sacram. d. 2. n. 90. dicit quidem esse materiam tantum integram, postea tamen loquitur dubiè, hinc Arr. de Sacram. d. 6. n. 13. Platel. p. 5. n. 1004. Tamb. l. 7. c. 5. §. 1. n. 3. Bosco d. 10. f. 2. n. 103. & alii dicunt Lugonem tenere, quod sit materia essentialis, & propter hanc Lugonis auctoritatem dicit Arr. non audere se sententiam illam improbabilitatis arguere, Bosco dicit defendi posse eum aliqua probabilitate: Aversa q. 2. f. 8. pro eadem sententia citat etiam P. Sot. Arcud. Becan. Proponam argumenta utriusque, cum responsionibus, quæ communiter afferuntur.

§. 2. Argumenta pro sententia negante Presbyterio, sine prima manuum impositione collatum, esse certò validum sunt seqq. 2138.

1. Ex S. Ambrosio in Epistola ad Timotheum c. 4 ubi ait, *Manus impositiones verba sunt mystica, quibus . . . accipiens auctoritatem . . . ut audeat vice Domini sacrificium Deo offerre*: ubi patet eum loqui de prima impositione, nam per secundam non accipitur potestas sacrificandi, sed tantum absolventi à peccatis. Respondetur, fortè antehac tempore S. Ambrosii contulit Ecclesia Latina per primam manuum impositionem, quæ etiam tum habuerit propriam formam, quæ forma cum nunc non usurpetur, signum est Ecclesiam substituisse traditionem patenæ & calicis cum forma sibi propria. 20

2. Concilium Carthaginense IV. Can. 3. ait
*Presbyter, cum ordinatur, Episcopo eum benedicente
 & manum super caput ejus tenente, etiã omnes presby-
 tery, qui presentes sunt, manus suas juxta manus
 Episcopi super caput illius teneant, Diaconus cum or-
 dinatur, solus Episcopus manum super caput ponat.*
 Manûs autem impositio est de essentia Diaconatûs,
 ergo similiter Presbyterii, maximè cum
 dicat *Episcopo eum benedicente*, id est, formam
 proferente. Respondetur, Conc. illud tantùm re-
 fert ritus, quibus præparatur ordinandus ad
 presbyterium, uti notant *S. Th. Castrop. Illf.* &
 alii: hinc idem *S. Th.* & plurimi alii aptud *Illf.*
 negant manuum impositionem esse de essentia
 etiam Diaconatûs.

3. Ita clarum est in tota antiquitate Presby-
 terium etiam apud Latinos collatum esse per
 primam impositionem manuum, ut nemo id
 negare possit, uti fatentur *Belharm. & Vasq.*
 quamvis postea addita sit traditio patenæ & ca-
 llicis, tanquam materia claritûs expressiva pote-
 statis conferendæ, sed non ideo Ecclesia prio-
 rem materiam reprobavit aut exclusit ab essen-
 tia, cum ab Apostolis fuerit introducta, uti ha-
 bet *Greg. IX. Cap. Presbyter De Sacramentis non
 iterandis*, quod caput *Lugo & alii multi cum
 Dicast. n. 158.* intelligunt de prima manuum
 impositione, ergo cum hæc semel fuerit de es-
 sentia, nec sciaturs defuisse esse, manet in posses-
 sione. Respondetur, uti ad 1. Et satis certum est
 ex *Florent. traditionem vasorum esse materiam
 essentialem.*

4. In aliquibus Pontificalibus non invenitur
 secunda impositio manuum sub iis verbis, *Acci-
 sipe Spiritum S.* Respondetur, Invenitur in Ponti-
 ficalibus

ficali Romano, quod debet esse norma ceterorum, cum sua forma significante potestatem absolvendi, quæ tum accipiatur, nam dicitur, *Accipe*, ergo antecedenter necdum habuit, hæc autem potestas est pars presbyterii, ergo.

§. 3. Argumenta pro sententia affirmante 2139.
Presbyterium sine prima manuum impositione esse certò validum, sunt seqq. 1. Ex Florentino, quod dicit, *Sacramentum sextum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino & patenæ cum pane porrectionem. Respondetur ex dictis n. 2130. Florentinum non voluisse assignare adæquatas materias Sacramentorum, nam etiam non facit mentionem secundæ impositionis manuum.*

2. Greg. IX. Cap. Presbyter. De Sacramentis 2140.
non iterandis, sic habet, *Presbyter & Diaconus, cum ordinantur, manus impositionem tactu corporali (ritu ab Apostolis introducto) recipiunt: quod si amissum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi Ordines conferendos, cautè supplendum, quod per errorem extitit prætermisum: suspensio autem manuum debet fieri, cum oratio effunditur super caput ordinandi. Hinc videtur sequi, quòd prima impositio manuum non sit essentialis, alioqui iterandum esset Sacramentum, quia potestas absolvendi, quæ datur per secundam impositionem, invalida est, si non præsupponatur potestas consecrandi corpus Christi. Respondent Gonzalez ad Cap. cit. Pirh. aliique plurimi, ibi agi de secunda impositione, quæ semper & sola potest suppleri, quamvis sit essentialis. Nec obstat, quòd vocet ritum ab Apostolis introductum, nam cum*

Christus non determinasset in individuo materias Ordinum, potuerunt Apostoli, qui tunc regebant Ecclesiam, manuum impositionem assumere tanquam materiam pro conferenda potestate absolvendi.

2141. 3. Sensus communis Doctorum, inter quos est expressè *S. Th.* in 4. dist. 24. q. 2. a. 3. qui dicunt impositionem primam manuum esse ceremoniam tantum accidentalem, facit sententiam illam moraliter certam. *Respondetur*, sensum communem Doctorum non semper facere moralem certitudinem, sed attendendum, quales sint, & quibus fundamentis nitantur, tam Doctores illi communiter ita sentientes, quam pauci contradicentes: dubium autem videtur hic manere, an autoritas & fundamenta communis sententiæ elidant probabilitatem autoritatis & rationum antea allatarum.

2142. 4. Prima impositio manuum fit etiam per Sacerdotes, qui non sunt Ministri Ordinis, consequenter eorum impositio non est materia essentialis, cum hæc poni debeat vel à Ministro vel à suscipiente, ergo nec prima impositio manuum Episcopi erit materia essentialis. *Respondetur* n. conf. impositio, quam faciunt alii Sacerdotes, habet aliam significationem, nempe receptionem ordinandi in statum & numerum Presbyterorum: hanc significationem non habet impositio manuum Episcopi, nam ordinandus non recipitur in statum & numerum Episcoporum, ergo debet habere aliam significationem practicam, quæ est, causare in ordinando potestatem sacrificandi.

2143. 5. Prima impositio non habet verba, quæ

sint ejus forma, ergo non est materia. *Respondet Lugo*, verba, quæ proferuntur in traditione patenæ & calicis, esse formam, quæ determinet etiam istam primam impositionem manuum, manet enim sufficiens moralis connexio per actiones & cæremonias sibi succedentes ac connexas: sicuti multæ actiones intervenientes in coronatione Regis moraliter ununtur per successionem ad invicem, & ultimò determinantur per impositionem coronæ vel porrectionem sceptri, quæ in fine fit.

6. Per traditionem vasorum sufficienter & 2144. clarissimè significatur potestas consecrandi, ergo dicendum est hanc in Ecclesia latina esse substitutam. *Respondetur n. cons.* satis enim est dicere esse adjunctam, uti habent *Lugo* & alii. Quòd si argumentum valeret, nec secunda impositio essentialiter requireretur.

§. 4. Omnibus consideratis censui cum aliis 2145. tribus Doctoribus licitè reperti sub conditione ejusmodi ordinationem, quod & factum est anno 1702. Adde pro confirmatione, quòd *Lugo* in *Resp. mor. l. 1. dub. 1* loquens de Baptismo in capillis facto dicat, licet sententia negans valorem non æstimetur probabilis, nihilominus fore sufficiens motivum reiterandi, quia prudenter formidare possumus, ne fortè sit probabile, quòd sit invalidus, aut saltem, ne accedente judicio plurium Doctorum id successu temporis fiat probabile, & tum omnino esset obligatio iterandi. Ibidem dub. 33. ait *Lugo*, si Sacerdos non attigerit vasa cum prolata forma, sed immediatè post, quamvis possit quiescere in prima ordinatione sine reiteratione etiam conditionata, non tamen peccabit, si ad majorem animi quietem iterum sub conditione ordinetur: quod etiam *Episcopus* licitè

in gratiam eius poterit facere, quamvis enim sententia Caj. Scor. Rich. Nav. Zambr. fuerit quod talis ordinatio sit invalida, est tamen nunc antiquata nec amplius probabilis, propter illam tamen licita est reiteratio conditionata: imò Granado dicit propter eorum auctoritatem esse obligationem reiterandi. Denique Gob. in Exp. t. 2. n. 381. cum aliis docet Baptismum esse licitè iterabilem propter dubium utrumque rationabile, seu non aperte vanum, futile & explorendum: ista omnia hic valent, ergo licitè reiterari potest hæc Ordinatio.

2146. Q. 317. Quid præterea sit notandum circa varias sententias in hac materia. R. Post damnatam ab Inn. XI. prop. 1. quæ dicebat licitum esse in conferendis Sacramentis sequi sententiam probabilem relictâ tutiore, etiam quando agitur de valore; in genere dicendum est, omnes illas sententias esse practicè improbabilis & damnatas, quæ à valore alicujus Ordinis excludunt aliquid, quod alia sententia probabilis requirit, istæ enim aliæ sententiæ non sunt moraliter certæ, ergo Sacramentum exponeretur periculo nullitatis. Et ut in particulari aliqua declarentur:

2147. §. 1. Certa videtur esse sententia, quod valeat consecratio Episcopi facta ab uno Episcopo ex dispensatione Apostolicâ, assistentibus duobus Sacerdotibus, uti constat ex praxi S. Greg. M. Greg. III. Pii V. quam confirmârunt Innocent. X. & Alex. VII. uti referunt ac docent Arcud. De concord. Eccl. occid. & orient. l. 5. c. 3. §. ult. Schild. t. 2. n. 117. Steph. t. 5. d. 7. n. 2. Carden in 2. crisi diff. 2. n. 502. Gorm. De Sacram. d. 5. n. 319. quamvis contradicant Castrop. tr. 27. pu. 14. n. 13. & Aversa q. 3. l. 2. §. In hac re: nam de

de tali consecratione ita resoluit S. Congregatio
 15. Decemb. 1657. Quantum spectat ad Sacra-
 mentum & impressionem characteris, fuisse validam:
 quantum verò spectat ad licitam executionem Ordi-
 nis, fuisse irritam & inanem, & Episcopum ita con-
 secratum & respectivè consecrantem indigere absolu-
 tione & dispensatione. Quod autem S. Anacletus
 Papa decrevit, ut Episcopus non à paucioribus
 quàm tribus Episcopis ordinetur, uti legitur in
 Breviario 13 Julii, item quod Pontificale Rom.
 dicit, adsint duo ad minus Episcopi Assistentes, hoc
 præcepti est, si non dispenset Sedes Apostolica.
 Et quamvis *Dicast.* à n. 268 putet Papam posse
 dispensare ut etiam nullo Presbytero assistente
 Episcopus ordinetur ab unico Episcopo, tamen
 sententia illa non est certa. Quòd si Episcopus
 ab uno tantùm Episcopo etiam assistentibus
 duobus sacerdotibus cõsecraretur sine dispen-
 satione apostolica, *Hena* post tr. de scient.
 media parergo 11. dicit talem consecrationem
 probabiliter fore invalidam, ideoque *Dian.*
Avers. & alii apud *Hena* n. 1501. rectè dicunt
 sub conditione esse repetendam.

§. 2. Practicè improbabilis sunt seqq. sen- 2148.
 tentiæ, 1. Quòd ad validam consecrationem
 Episcopi sufficiat sola manuum impositio, &
 non requiratur traditio, nec baculi pastoralis,
 nec annuli, nec libri Evangeliorum: possunt-
 que *Dicast.* à n. 110. & *Ills.* n. 25. de hoc videri.
 2. Quòd ad valorem Diaconatus sufficiat, vel
 sola impositio manuum vel sola traditio libri
 Evangeliorum, & non requiratur utrumque
 simul: de quo videri possunt *Aversa* q. 2. l. 6. &
Dicast. à n. 164. 3. Quòd sufficiat priùs post for-
 mam attingere vasa, ordinationem enim tunc

esse invalidam docent *Caj. Rich. Nav. Granda* & alii. 4. Quòd ad valorem Ordinum majorum non requiratur, ut Ordinans ipse tradat materias. 5. Quòd ad valorem Ordinum non requiratur contactus physicus saltem mediatum vasorum seu instrumentorum &c. Ratio horum omnium est, quia sententiae negantes talia requiri ad valorem non sunt moraliter certae, sed tantum probabiliter; oppositae autem sunt tutiores, ergo non licet his relictis sequi illas, *Carden.* & alii: potestque videri etiam *Aversa* f. 2. afferens Auctores & rationes in utramque partem.

2149. §. 3. Quamvis *Carden.* n. 511. dicat sententiam illam, quòd ad valorem Subdiaconatus sufficiat traditio calicis vacui cum patena vacua, non esse damnatam nec prohibitam, & *Castrop.* pu. 4. n. 12. dicat esse certam, tamen quia *Aureol. Medin. Tann Viguer. Fill.* tr. 9. n. 45. *Aversa* f. 5. *Dicast.* nu. 186. dicunt etiam requiri traditionem libri Epistolarum, prior non est certa, adeoque est in praxi illicita.

2150. §. 4. Si calix & patena, quae traduntur pro Subdiaconatu & Presbyterio, non sint consecrata, vel consecrationem amiserint, docent *Silv. Fornar. Dicast.* n. 182. *Castrop.* n. 16. ordinationem fore invalidam, quia seclusa consecratione non sunt vasa sacra, ergo non videntur referri ad sacrificium, ergo nec erunt apta significare potestatem in ordine ad sacrificium. Et contra *Ledesm. Sor. Sa, Henriq Bonac. Fill. Leand. Dian. Sennyet, Sanch.* in *Consil.* l. 7. c. 1. dub. 2. n. 5. aliique communiter & probabiliter contradicunt, quia hoc nullibi praescribitur, & talis calix ac patena satis per verba determinantur ad

ad hoc, ut referantur ad sacrificium: quod
Tamb. hic c. 3. §. 2. dicit esse moraliter certum
 respectu Presbyterii, eò quòd patena & calix
 ideo requirantur, ut decenter tradantur panis
 & vinum, quæ si immediatè traderentur in ma-
 num, putat ordinationem fore validam: his
 tamen omnibus non obstantibus praxis hujus
 sententiæ est prohibita, quia ratio primæ sen-
 tentiæ videtur esse satis probabilis.

§. 5. Si in ordinatione Sacerdotis per erro- 2151.
 rem loco vini fuerit aqua tantum in calice,
Henriq. P. March. Less. Dian. p. 3. t. 4. R. 186. pu-
 tant ordinationem esse validam, quia si dica-
 mus, quòd traditio materiæ hinc sit necessaria,
 illa non defuit, cum adfuerit panis, sicut suffi-
 cit in Sacramento Pœnitentiæ pro materia
 unum peccatum, si alia sine culpa omittantur:
 si autem dicamus traditionem panis & vini
 non esse necessariam, uti tenet *Less.* putans
 quòd traditio patenæ & calicis sufficienter ve-
 rificet formam, jam patet validam esse: sed
Schild. t. 2. n. 114. Gob. t. 8. n. 98. dicunt sub con-
 ditione repetendam, meritò enim dubium est
 de valore: imò *Dian. in Comp. v. Ordinis Sacra-
 mentum. n. 6.* meritò dicit sententiam opposi-
 tam esse probabiliorè, ideoque sic ordina-
 tum necessariò esse sub conditione reordi-
 nandum.

§. 6. Si quis tangat calicem & patenam sed 2152.
 non hostiam, valet ordination, uti docent *Sot.
 Valent. Cón. Castrop. Dian. Rhod. Dicast. Gob. Steph.
 Sporer* aliique communissimè, 1. quia Pontif.
 Rom. quòd necessaria assignavit, non dicit de
 tangenda hostia, sed tantum de *cuppa calicis &
 patena*, sic enim habet: *Pontifex tradit cuilibet*

calicem cum vino & patenam superpositam cum
 hostia, & ipsi illam accipiunt inter indices & medios
 digitos, & cuppam calicis & patenam simul tangunt,
 pontifice singulis dicente, *Accipe potestatem offerre
 sacrificium Deo &c.* 2. Quia sicuti tacto calice
 censetur tangi vinum in calice, ita tactâ patenâ
 censetur tangi hostia in patena. Et hoc mora-
 liter certum esse dicunt *Præposit.* hic dub. 10. n.
 92. *Castrop.* pu. 4. num. 20. *Dian.* p. 10. t. 16. R. 88.
Dicast. n. 205. *Gob.* post n. 108. addens absque
 nota superstitionis non posse asseri, quod tactus
 immediatus hostiæ requiratur: hinc sic ordina-
 tum reordinari non debere sub conditione, di-
 cunt *Sanch.* in *Conf.* l. 7. c. 1. dub. 2. n. 9. *Schild.* t.
 2. n. 116. quidquid contradicant *Bernal* &
Faber apud *Dian.* suprâ, item *Fernand.* apud *Gob.*
 n. 107. putantes requiri etiam ipsiusmet hostiæ
 contactum, hos enim improbabiliter loqui di-
 cunt alii: *Busenb.* dicit saltem ex præcepto, &
 ad cavendum scrupulum, ut tangatur calix cum
 patena, & patena cum hostia.

2153.

§. 7. Si presbyterandus attigerit calicem &
 hostiam, non autem patenam, dubitarunt ali-
 qui de valore talis ordinationis, 1. quia *Florent.*
 dicit materiam hujus Sacramenti esse, per cujus
 traditionem confertur Ordo, confertur autem
 per traditionem etiam patenæ, uti patet ex
 dictis n. 2128. ergo etiam patena est materia
 hujus Sacramenti. 2. quia Pontificale Rom.
 jam relatam disertè dicit *cuppam calicis & pate-
 nam simul tangi.* Oppositum tenent authores
 communiter, 1. quia tactus patenæ est propter
 hostiam, sicuti tactus calicis est propter vinum,
 ergo sicuti tacto calice censetur tangi vinum,
 sic à potiori tactâ hostiâ sufficienter censetur

tangi

tangi tota materia necessaria : hinc *Tamb.*
 hic c. 3. §. 2. dicit sibi moraliter certum
 esse, quòd Instrumenta adhibeantur tan-
 cùm ad decentem traditionem panis & vini,
 ideoque si panis & vinum traderentur imme-
 diatè in manus ordinandi, fore validam ordi-
 nationem. 2. Cùm secundùm antedicta suffi-
 ciat tactus calicis & patenæ, non tactâ hostiâ,
 multò magis sufficiet tactus ipsiusmet hostiæ.
 3. Causa, ob quam præcipitur tactus instru-
 mentorum, est, ut illo tactu significetur potestas
 & ministerium, significatur autem multò
 aptius per tactum hostiæ quàm patenæ. Et hanc
 sententiam dicunt esse ferè certam *Vasq. Cón.*
Bonac. Castrop. addit *Gob.* à n. 109. oppositam
 carere probabilitate : hinc *Schild.* suprà dicit
 talem non esse reordinandum, & ita etiam sen-
 serunt tres Doctores à me consulti : E contra
 alii duo Doctores judicarunt valorem esse du-
 bium & idem videtur velle *Bassæus* tom. 1. v.
Ordo. n. 2. nam dicit tutius esse immediatè tan-
 gere, & patenam & hostiam, ne ordinandus peri-
 culo se exponat non recipiendi Ordinem. Itaque
 consideratis omnibus, & maximè propter dicta
 n. 2145. existimo valde consultum esse, ut Or-
 do talis sub conditione repetatur.

§. 8. Si quis attigerit solum calicem, cui ²¹⁵⁴
 patena cum hostia est superposita, *Præpos.* n. 93.
 dicit sibi videri practicè certum, quòd sufficiat,
 quia per modum unius traditur illud totum
 aggregatum è calice cum vino & patena cum
 hostia : similiter *Bosco* de Ordine n. 177. dicit
 moraliter certum esse, nec oppositum esse pro-
 babile : sed *Dian.* p. 6. t. 8. R. 19. & *Castrop.* hic

pu. 4. n. 20. dicunt sententiam illam non esse certam, *Dicast.* n. 205. dicit talem in praxi reordinandum, quod tenendum est.

2155. §. 9. Si ordinandus unâ tantum manu vel uno tantum digito tangat materiam, hoc sufficere ad valorem ordinationis docent rectè *Sanch.* n. 3. *Præp. Avend. Aversa* q. 2. f. 2. *Gob.* post m 108. litt. O. quia qui tangit unâ manu simpliciter dicitur tangere, imò etiam si solo ungue manûs, uti habent *Lugo & Gob.* n. 62. nam si solo ungue laceres vultum alterius, utique tu diceris eum tetigisse. Ratio ulterior est, quia non debemus dicere aliquid requiri ad essentiam Sacramenti, quando sine illo salvatur forma Sacramenti, & autoritas Scripturæ vel Ecclesiæ nos non cogit ad tale quid requirendum, *Bosco* p. 4. de Sacram. d. 10. f. 2 n. 164. Rectè tamen notant *Fill.* t. 9. n. 39. & *Busenb.* suprà contactum faciendum esse utràque manu, ex præcepto, ad scrupulum vitandum.

2156. §. 10. Sententia, quam *Platel.* hic innuit, nempe ad valorem Presbyteratus sufficere, si Episcopus, in secunda impositione manuum pro conferenda potestate absolvendi à peccatis, unicam manum imponat, videtur esse reprobata, nam Pontificale Rom. expressè habet imponendam esse utramque manum, & aucthores id ipsam dicunt, veluti supponentes esse absolutè necessarium. *Nec obstat*, quòd Græci unicam manum dextram imponant, nam ab illis ad Latinos non valet argumentatio, uti patet ex dictis à n. 2135.

2157. §. 11. Si Episcopus, pro hac ordinatione Sacerdotis ad absolvendum, imponat manus tectas chirothecis, videtur certò valere, 1. quia nul-

nullus alius tactus ab Ecclesia requiritur, imò
Episcopus post primam impositionem ma-
natum, quando jam debet manus presbyteran-
dorum inungere, tum prius in Pontificali jube-
tur chirothecas deponere, ergo non obstat
tactui in prima impositione, quòd fiat cum
chirothecis, ergo nec in secunda. 2. Græci im-
ponunt manus presbyterandis interjecto pal-
lio, teste *Gob.* post n. 108. litt. U. & sic dicuntur
tangere caput ordinandi, ergo multò magis
fieri poterit interjectis chirothecis. 3. Morali-
ter & in communi hominum æstimatione ille
dicitur tangere alterum, qui tangit manu ha-
bente indutam chirothecam, sicuti dicor tan-
gere hominem, quem licèt indutum vestibus
percutio. Et hoc moraliter certum esse dicit
Gob. litt. t. idemque judicârunt duo Doctores
à me consulti: hinc etiam *Castrop.* pu. 4. nu. 20.
ferè certum esse existimat valere, si tangas cali-
cem medio aliquo panno interposito, aut in-
termedio aliquo velo, inquit *Aversa* q. 2. s. 2.

§. 12. Quoties aliquis tenetur rebaptizari 2158.
propter certitudinem, probabilitatem aut du-
bium de nullitate Baptismi, toties etiam tene-
tur reordinari Ordine Presbyterii & Episcopa-
tus, si velit in illis ministrare, ob periculum ir-
reverentiæ Sacramenti & salutis proximi. Si
autem tantum probabile sit Baptismum fuisse
invalidum, repetito Baptismo & Presbyteratu
non esset absolutè opus repeti cæteros Ordi-
nes, quia probabile esset fuisse validos, nec ista
pericula aderunt, quamvis essent invalidi, cum
secundùm dicenda n. 2202. Presbyteratus illos
suppleat, *Gob.* à n. 169. & alii.

§. 13. Rectè dicunt *Bardi* & *Gob.* n. 206. rarè 2159.
esse

esse prudens dubium de valore suscepti Ordinis: Et speciatim quoad illos, qui postea scrupulosè timent, ne fortè non bene, ne nimis citò vel nimis serò attigerint vasa, eò quòd jam non sciant, nec possint recordari aut imaginari, an, quando & quomodo ista fuerint, rectè notant *Dian. Bard. Busenb. Gob. n. 207.* ista omnia non esse prudentia motiva dubitandi, nam non tenemur nec possumus recordari omnium, quæ agimus aut egimus, & dum solliciti sumus pro hoc vel illo in individuo bene faciendo, minus reflexè cogitamus de reliquis, & inde est, quòd postea de his debitè factis non possumus positivam rationem reddere; neque hoc requiritur. sed hoc ipso, quòd sciveris, quid faciendum esset, & quidem sub mortali, suppose te fecisse, quamdiu non scis te non fecisse.

2160. Q. 318. *Quid addendum sit circa castitatem sacris Ordinibus annexam. R. §. 1.* Certum est, quòd Clericus in majore aliquo Ordine constitutus obligetur ad castitatem, per se loquendo, ac cõmunissimè docent omnes cum *Sanch. De Matr. l. 7. d. 29.* Estque probabilius, quòd non teneatur ex præcepto divino, *S. Th. Scot. S. Bonav. Sanch. d. 27. Aversa q. 4 l. 3. Dicast. nu. 361.* contra alios, quod colligitur 1. ex *Trid. sess. 24. Can. 9. Si quis dixerit Clericos in sacris constitutos posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse non obstante lege ecclesiastica vel voto, anathema sit.* 2. Ex usu Ecclesiæ, quæ etiamnum Græcis Sacerdotibus permittit Matrimonium, & quandoque etiam Latinis Subdiaconis.

2161. §. 2. An ea obligatio sit ex voto an ex præcepto ecclesiastico, an ex voto & præcepto simul, disputant Authores, uti videri potest apud *Aversam*

Aversa. l. 7. *Dicast.* dub. 26. *Gob.* t. 8. à n. 753.
S. Th. Suar. Dicast. n. 386. *Sanch.* d. 27. n.
 10. & apud hunc 59. auctores, quibus acce-
 dunt *Carden. Busenb* & alii multi, dicunt obli-
 gationem illam esse immediatè ex voto saltem
 tacito & implicito, mediatè autem ex præcepto
 Ecclesiæ, quæ præcipiat hoc voveri. E contra
Scot. & alii 20. quos refert *Sanch.* n. 9 & sequi-
 tur *Aversa*, dicunt non esse ex voto sed ex præ-
 cepto Ecclesiæ, quæ ex se obligationem illam
 annexat istis Ordinibus: *Ratio* horum est, quia
 si quis nihil omnino scivisset de tali obligatio-
 ne annexa, aut saltem si suscipiens talem Ordine-
 nem absolutè noluisse se obligare, nihilomi-
 nus obligaretur, & tamen non vovisset, quia
 votum non est sine voluntate & consensu inter-
 no, uti omnes docent, cum sit lex privata,
 quam sibi ipsi quisque fert, ergo ea obligatio
 non est ex voto: hinc *Castrop.* t. 27. pu. 17 n. 5.
Cob. Bernal, Espar. alique dicunt esse & ex voto
 & ex præcepto, quod præceptum innotescit sal-
 tem ex eo, quia Ecclesiæ tali ordinato prohibet
 Matrimonium. Alii dicunt esse vel ex voto vel
 ex præcepto, id est, si quis in Ordinatione non
 obliget se ad hoc ex voto, dicunt Ecclesiæ tum
 præcipere; si autem saltem tacitè se voto obli-
 get, putant non apponi præceptum Ecclesiæ;
 id enim tum videtur frustra. Quidquid sit, sive
 sit votum sive præceptum, utrumque est ex eo-
 dem motivo religionis, hinc peccatum, quod
 Clericus in majoribus constitutus contra casti-
 tatem committit, est unicum sacrilegium con-
 tra virtutem religionis. Quamcunque autem
 sententiam teneas, dicendum est eum, qui sus-
 cepisset talem Ordinem ante rationis usum,

NON

non obligandum ad continentiam, sed posse inire Matrimonium, quia nec votum emisit, nec Ecclesia vult eum obligare, nisi factum ratum habeat, *Sanch. d. 30. Dicast. dub. 27.*

2162. §. 3. Vix aut ne vix quidem potest esse ignorantia castitatis ordini sacro annexæ, quia ordinandus saltem confuse id cognoscit, hoc ipso, quod videat omnes sic ordinatos abstinere à Matrimonio: si quis tamen invincibiliter ignorasset hanc obligationem esse annexam, non teneretur ad castitatem, nec ex lege nec ex voto, quia Ecclesia non intendit talem adstringere, *Côn. Castrop. n. 12. contra Aversam. §. Quinto*, qui putat obligandum ex lege Ecclesiæ, Culpabiliter ignorans tenetur ex lege, quia tenebatur examinare, quid connexum esset cum illo, quod voluntariè assumebat. Invalidè ordinatum non teneri satis certum est, inquit *Aversa f. 8. contra paucos alios.*

2163. §. 4. Inductus ad Ordinem majorem per metum injustum, qui cadit in constantem virum, secundum *Sanch. d. 29. Dicast. dub. 29. Sporer. t. 1. c. 2. n. 57.* & alios plures quam viginti, quos sequitur *Aversa f. 8.* & quibus videtur consentire *Busenb. relatus l. 3. p. 1. n. 363.* non obligatur ad castitatem nec ad Horas, potestque sine dispensatione inire Matrimonium, si nolit in usu sacri Ordinis permanere, quia Deus non acceptat tale votum, neque Ecclesia censetur velle obligare sic inductum. E contra secundum *S. Anton. Sor. Castrop. n. 13.* aliosque apud *Sanch. n. 4. & Aversam*, tenetur, donec dispensetur, quia quamvis votum dicatur requirere plenam libertatem, tamen hæc tum censetur plena, quando est talis, qualis sufficeret ad

pecc-

peccandum mortaliter, hanc autem metus gra-
vis non tollit, ergo talis metus non irritat de
jure naturæ illud votum, ergo sicuti qui metu
adactus jurat latroni solvere lytrum, tenetur
ex vi juramenti; donec juramentum relaxetur,
secundum dicta l. 3. p. 2. à n. 727. ita & hic: ma-
ximè cum nullibi inveniatur, quod jus positi-
vum irritet tale votum. Si tamen coactio pro-
baretur, Ecclesia facile obligationem remitte-
ret, inquit *Castrop.*

§. 5. Si quis susciperet sacrum Ordinem an-
te pubertatem, v.g. circa annum duodecimum, 2164.
Sanch. d. 30. Dicast. dub. 28. Aversa f. 8. putant
non teneri ad castitatem, quia vel Ecclesia non
præcipit ob immaturitatem judicii vel irritat
illud votum, uti irritantur vota professionis
religiøsæ facta ante pubertatem. *Sot. Suar. Vega,*
Cón. Pontius, Bonac. & alii cum Castrop. supra pro-
babilius dicunt teneri, nam talis ordinatus est
capax illius voti, neque constat illud irritari ab
Ecclesia, uti constat de professione religiosa, in
qua dispar est ratio, nam vota religiosa sunt
longè difficiliora, ergo fuit major ratio illa ir-
ritandi: deinde factâ irritatione votorum Re-
ligionis, non maneret Religiosus, è contrà eti-
amsi irritaretur votum ordinati, ille nihilo-
minus maneret ordinatus, ergo in reverentiam
sacrorum Ordinum est major ratio hoc votum
non irritandi, & consequenter relinquendi
obligationem castitatis. Quòd si talis ordinatus
jam pubes factus Ordinem susceptum exercue-
rit aut aliter approbaverit, tenet utraque
sententia eum ad castitatem obligari nec resi-
lire posse.

Q. 319. Quid addendum sit circa obligationem 2165.

non ordinandi alienum subditum. R. De hoc emanavit sequens:

CONSTITUTIO INNOCENTII XII.

Qua plura declarantur ac prescribuntur pro tollendis abusibus & fraudibus circa Ordinationes alienorum subditorum.

2166. **S**peculatores Domus Israel... Hac generali nostrâ & perpetuâ valiturâ Constitutione decernimus & declaramus, nulli Episcopo seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, licere externum quempiam, ac sibi ratione Originis seu Domicilii, juxta modum inferius declarandum, legitime contracti non Subditum, ad Clericalem tonsuram promoveri, cujusvis Beneficii ecclesiastici ei statim, ac tonsurâ hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is à Patronis jam præsentatus seu nominatus fuerit, prætextu, etiam si Beneficium prædictum de novo eâ expressè adjectâ lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediatè post Clericalem characterem susceptum ad illud instituat, Præterea Clericum, qui legitime jam à proprio Episcopo ad eandem Clericalem tonsuram seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo, ratione ac titulo cujuscunque Beneficii in illius Dicecesi obtenti ad ultteriores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem Testimoniales litteras proprii Episcopi tam Originis quàm Domicilii super suis Natalibus, ætate, moribus & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo Ordinanti in actis illius Curie conservandas exhibuerit. Licet verb
2167. Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Dicecesi
- 2168.

Dicecesi obtenti subijci dicatur Jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Dicecesi Beneficium huiusmodi situm est, eam tamen de cætero hac in re inconcussè servari volumus Regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, sive juxta Taxam Synodalem, sive, eâ deficiente, juxta morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacificè possideatur, sublata quacumque facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii, cum adjectione Patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem seu alia quavis Dicecesi obtineret; ac Episcopus sic Ordinans tam de prædictis Testimonialibus Litteris, quàm de redditu Beneficii huiusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit. *Cæterum Subditus* ratione Originis tantùm sit ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Dicecesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ vel cujusvis alterius temporalis moræ seu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi fortuita natiuitas, sed vera tantùm & naturalis Patris origo erit attendenda. *Quod si quis* tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras Testimoniales, ut

2169.

2170.

Tom. VII.

Vuuu

suprà,

suprà, obtinere, illasque Episcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum Testimonio similiter recensendas præsentare teneatur. At

2171. *si Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tamdiu, ac eo animo permanferit, ut inibi verè Domicilium de jure contraxerit, tunc non origo Patris, sed Domicilium per Patrem legitime, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejusdem filii attendi debeat. Subditus autem ratione Domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is duntaxat censeatur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius utroque casu se verè & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet. Si quis tamen à propriæ originis loco in ea ætate discesserit, quâ potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis Testimonialia litteras, ut suprà, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum Litteris facienda erit. Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diocesis Subditum Familiarem suum ad aliquos Sacros seu Minores Ordines, vel etiam primâ tonsuram promovere seu ordinare præsumat absque ejus proprii, originis scilicet seu Domicilii, Prælati Testimonialibus litteris, ut suprà, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini præfati sess. 23. cap. 9. De Refor.*
- Fami-

Familiarē prædictum per integrum & completum triennium in suo actuali servicio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit; Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxta modum superius præfinitum, sufficiat, quacunque fraude cessante, statim, hoc est saltem intra terminum unius mensis à die factæ Ordinationis, re ipsâ illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi Testimonio expressam, eisdem familiaritatis ac litterarum prædictarum mentionem facere teneatur. Porro, ut quicunque fraudibus aditus omnino præcludatur, volumus, & Apostolicâ Authoritate statuimus atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione originis, sive Domicilii Subditos Clericos quoscunque ab alienis Episcopis quavis authoritate, etiam cum suis commendatis litteris promotos, nedum ad formam Concilii Tridentini supradicti sess. 14 cap. 3. de Reform. quoad scientiam examinare valeat, verum etiam Ordinum eis collatorum Testimoniales litteras, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere, an quoad illos præsentis Constitutionis forma & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti ei magis beneviso, ad docendum de ejusmodi adimplemento, ita ut quos eo termino elapso id minimè præstitisse comperit, à susceptorum Ordinū exercitio, si ita, & quamdiu ei expedire videbitur, suspendere, illisque, ne in Altari aut in aliquo Ordine ministrent, interdicare possit. . . . Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno 1694. die 4. Nov.

Circa Constitutionem illam notanda sunt sequentia:

VUUU 2

§. 1.

2175.

2176. §. 1. Constitutio relata, habet decem puncta principalia, quæ distinxit *alio caractere*, additis ad marginem suis numeris : puncta autem sunt sequentia : 1. Pro accipienda prima Tonsura per hoc non fit aliquis hic subditus, quod statim post illam acceptam fit accepturus Beneficium, ad quod jam præsentatus est, licet fundatio conditionem illam contineat, ut talis præsentari possit. 2. Tonsurâ vel Minoribus initiatus à suo Episcopo non potest ab alieno Episcopo ulterius ordinari titulo cujuscunque Beneficii in hujus Diœcesi obtenti, nisi prius à proprio Episcopo tam originis quàm domicilii exhibuerit testimoniales, in actis hujus Curie conservandas, super suis natalibus, ætate, moribus & vita. 3. Quamvis aliquis fiat alieno Episcopo subditus, hoc ipso quod in hujus Diœcesi acquirat Beneficium, tamen non potest ab hoc Episcopo ad sacrum Ordinem promoveri, nisi hoc Beneficium de se & absque ulla per patrimonium suppletionem sit sufficiens ad congruam sustentationem, & actu pacificè possideatur. 4. Ille solùm censetur subditus ratione originis, qui naturaliter & non ex accidenti natus est in ea Diœcesi, in qua petit Ordines, unde si ita ex accidenti sit alibi natus, naturalis origo patris debet censerî ejus origo. 5. Qui in illo loco, in quo ex accidenti natus est, tam diu est moratus, ut ibi potuerit contrahere impedimentum, indiget testimonialibus Episcopi hujus loci, ut possit à proprio Episcopo ordinari. 6. Si pater in loco, ubi filius ex accidenti natus est, contraxerit domicilium, origo filii non erit, ubi est origo patris, sed ubi pater illud domiciliũ contraxit. 7. Ille tantùm censeri debet

debet fieri hic subditus ratione acquisiti domicili, qui huc venit cum animo perpetuò hic permanendi, & hunc animum probavit, vel per decennium hic habitando, vel huc ad instructas ædes deferendo majorem partem rerum suarum, ac insuper per aliquod considerabile tempus hic commorando: debetque jurare se hunc animum nunc habere. 8. Qui à propriæ originis loco discessit in ea ætate, in qua potuit incurrere impedimentum, indiget testimonialibus Ordinarii suæ originis. 9. Episcopus titulo familiaritatis nequidem primâ Tonsurâ potest initiare vel ordinare subditum alienæ Diœcesis, nisi sic ordinandus afferat testimoniales proprii Episcopi originis seu domicili, & Ordinaturus eum suis sumptibus per triennium aluerit secum in suo actuali servicio, eidemque intra mensem conferat Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens. 10. Episcopus originis sive domicili potest à suis per alienum Episcopum, etiam cum commendatione sua, ordinatis petere testimoniales Ordinum susceptorum, ac recognoscere, an observata sit forma & dispositio hujus Constitutionis: quod si ordinatus non præstet intra tempus præscriptum, potest eum omnino suspendere ab exercitio suscepti Ordinis. Mandat denique Pontifex circa illa, quæ n. 2166. 2168. 2170. 2173. 2174. facienda præscribuntur, ut testimonio Ordinis suscepti inferatur, quòd ista sint observata.

§. 2. Quæ hic specialiter ordinantur vel declarantur, imprimis n. 2168. circa qualitatem Beneficii, quo quis fit subditus, deinde n. 2169. circa locum originis, & n. 2172. circa acquisi-

tionem domicilii, intelliguntur præcisè ad effectum suscipiendi Ordines, uti expressè bis reperitur in hac Constitutione. De cætero communis sententia est cum *Bonac. Barb.* De Off. Episc. alleg. 4. à n. 44. *Gob. t. 8. n. 310. De bene De imm. eccles. c. 12. dub. 7. f. 7. n. 18.* contra *Lessium* & alios aliquem fieri subditum per quodcumque etiam tenue Beneficium, etiamsi non requirat residentiam nec beneficiatus resideat. Item probabiliter sunt alii modi habendi alicubi originem, vel acquirendi domicilium in ordine ad alios effectus, etiam ad suscipienda alia Sacramenta, uti dicitur de Matrimonio, quando de assistentia proprii parochi, v. g. communis sententia cum *Sanch. de Matr. l. 3. d. 23. num. 2.* dicit acquiri domicilium statim, ac quis incipit habitare alicubi, cum animo ibi perpetuò habitandi, sed hoc aliaque similia non juvant ad effectum alicubi suscipiendi Ordines, respectu quorum observari debet, quidquid specialiter ordinatur in hac Cōstitutione.

2178. §. 3. Aliquis non fit Episcopo subiectus ex hoc, quod in ejus Dicecesi habeat bona & patrimonium, etiamsi hoc pro titulo sufficiente sit approbatum, uti rectè aliis citatis *Barb. n. 58.* addens n. 59. idem esse dicendum de habente alicubi præbendam temporalem: Et idem est de habente alicubi Missas fundatas, quamvis proventus ex illis sufficiant ad congruam sustentationem: hinc etiam qui ex alia Dicecesi admittuntur ad Ordines sacros titulo mensæ episcopalis, vel servitii spiritualis alicubi exhibendi debent nihilominus adferre dimissorias à suis Episcopis, quia titulus patrimonii, Missarum, servitii, mensæ, non est re ipsa Beneficium, ergo

ergo huic Episcopo per hoc non fiunt subiecti ratione Beneficii, ergo cum etiam non sint subiecti ratione originis vel domicilii, non sunt simpliciter subditi hujus Episcopi respectu Ordinationum. *Nec obstat*, quod ille, qui ita ordinatur titulo mensæ episcopalis, adscribatur alicui ecclesie in hac Diocesi, ac debeat appromittere, se in hac serviturum, neque aliò discessurum sine voluntate hujus Episcopi, ideoque videatur habere animum perpetuò ibi habitandi & sic acquirere domicilium, nam saltem non acquirit eo modo, quo Constitutio num. 2172. requirit.

§. 4. Si Beneficium quoad jura Episcopalia fit subiectum huic Episcopo quamvis quoad præsentationem & institutionem subjiciatur alteri Episcopo, beneficiatus potest hic ordinari, *Sanch. in Conf. l. 7. c. 1. dub. 23. n. 12. Barb. n. 52.* Si autem aliquis fit subditus Episcopo inferiori, non potest sine hujus licentia ordinari ab Archiepiscopo, nequidem tempore visitationis & in loco exempto *Piassec. in praxi Episc. p. 1. c. 1. n. 10. Gob. n. 312. 320. Notant Sanch. Garc. Ugol. Piassec. n. 9. Delb n. 21. Barb. n. 51.* si quis Beneficia plura habeat in diversis Diocesium, fieri subditum in omnibus, ut in singulis recipere possit Ordines.

§. 5. Putarunt multi apud *Gob. n. 281. originem* Avi tui etiam hic posse censeri tuam, quia domicilium originis paternæ est etiam domicilium originis tuæ, sed alii cum *Barb. n. 13. & Gob. n. 283.* meliùs contradicunt, maxime cum Constitutio n. 2171. remittat præcisè ad propriam patris originem. Dicendum est etiam, quod Episcopus originis respectu patris ad-

optantis non fit proprius respectu filii adoptati, quando enim Canones loquuntur de patre, hoc nomine venit pater naturalis: oppositum quidem tenent aliqui Juristæ, sed hoc servare non potest, nisi fortè ad effectus aliquos civiles. Quòd si quis habeat æqualiter duo domicilia in diversis civitatibus pertinentibus ad diversas dioceses, *Riccus*, *Delb.* n. 21, *Piasec.* n. 9. *Barb.* n. 38. *Sansh Lotter Ugol.* *Avers.* q. 3. l. 6. notant ab utroque Episcopo posse ordinari, debet enim posse ab uno, nec est major ratio pro uno quàm altero. Addunt *Avers.* *Gob.* n. 300. *Barb.* n. 32. Nobiles habentes plura feuda in diversis Diocesis, quamvis ibi non habitent, censeantur esse ibi subditos, idque decisum esse à S. Congr. Idem dicunt *Rebuff.* *Barb.* n. 34. *Gob.* n. 301. de Officialibus, qui in diversis Diocesis habent perpetua officia, quamvis non fiant illarum civis, & hæc extendunt etiam ad eorum filios, sed non credo ista ultima esse conformia intentioni relatæ Constitutionis.

2181. §. 6. Per Baptismum in aliena diocesi non habetur titulus originis, quia Baptismus est origo spiritualis tantum, non autem naturalis, quam Constitutio n. 2169. requirit. Excipiunt tamen aliqui cum *Gob.* n. 280. nisi fuisset Turca, Judæus aut alius infidelis, eò quòd tales nulli fuerint Episcopo subjecti, nequidem ratione parentum, ideoque videantur ibi sortiri primum locum originis respectivè ad Ecclesiam, ubi regenerantur.

2182. §. 7. *Gonzal. Castrop.* t. 27. pu. 15. *Barb.* n. 15. *Piasec.* n. 9. & alii docent illegitimum sequi ventrem, id est, matrem, & censeantur habere originem aut domicilium, ubi illa habet, quia ma-

ter solet esse notior : hinc si paternum domici-
lium ignoretur, domicilium matris habetur pro
tuo, *Gonz. Piaſee. Barb. n. 16.* si autem patris &
matris domicilium ignoretur, potest quis, se-
cundum *Castrop. Barb. n. 17. Gob. n. 285.* ordina-
ri in loco, ubi fuit inventus seu expositus. Un-
de probetur origo, fuse prosequitur *Mascardus*
De probationibus Volum. 3. Concl. 1141.

§. 8. Studiosi, qui etiam per decem & plu- 2183.
res annos student in eadem Academia, non ac-
quirunt domicilium ad effectum suscipiendi
Ordines, quia non habent animum perpetuo
hic habitandi seu figendi domicilium, prout re-
quirat *Constitutio n. 2172.*

§. 9. Non impedit animum perpetuo alicu- 2184.
bi habitandi, quod quis ita sit animo compara-
tus, ut aliud migraret, si promotio, officium,
casus improvisus, necessitas familiarum ed voca-
ret, uti cum communi *Sanch. in Desal. l. 4. c.*
39. n. 20. Less. in Auct. v. Ordines sacri cal. 1.
Laym. l. 5. t. 9. c. 9. n. 10. Gob. 292. Si tamen
prudenter prævideret se ex tali causa aliud abitu-
rum, tum animum non conquiesceret hic, sed
esset velut suspensus & ad interim expectans
motum, adeoque jurare non posset se vere &
realiter habere animum perpetuo ibi permanendi
quod tamen fieri postulat *Constitutio n. 2172.*

§. 10. In dubio, an quis habuerit animum 2185.
perpetuo alicubi habitandi communissima sen-
tentia cum *Barb. n. 28. & Gob. n. 298.* dicit, si
habitavit ultra decennium, præsumi talem ani-
mum habuisse, quod *Constitutio* non repro-
bat, attamen, secundum dicta, debet nunc ju-
rare se vere & *realiter animum hujusmodi habere.*

§. 11. *Avers. supra, Engel l. 1. tit. 11. n. 31.*

VUUU

&

& alii cum *Busenb.* *Suprà* rectè dicunt contra *Barb. n. 1.* & alios, quòd ordinatus uno Ordine ab Episcopo originis, possit alium Ordinem suscipere ab Episcopo domicilii, & iterum alium ab Episcopo Beneficii, quia respectivè ad Ordines suscipiendos est verus subditus singulorum, nemo autem indiget dimissoriis ad suum Episcopum: neque id improbat relata Constitutio, sed quantum attinet ad Episcopum Beneficii, ad summam vult ad hunc adferri testimoniales, secundum dicta n. 2167. Hoc tamen statuitur in *Trid. sess. 14. De Res. quoad Ordines*, c. 1. ut si quis, v. g. ab Episcopo originis sit prohibitus promoveri ad superiores Ordines, vel suspensus, non possit ab alio Episcopo petere alium Ordinem, nisi prior Episcopus consenserit, vel Papa rehabilitaverit post cognitam causam.

2186.

§. 12. Ex dictis solvitur sequens casus: Titius origine Leodiensis venit Coloniam cum Cajo filio, animo hic perpetuò habitandi, & acquirit domicilium, quo durante Cajus tonsuratur Colonia: Titius & Cajo Colonia relicta redeunt Leodium: Cajo nunc petit Colonia superiores Ordines. *Quæritur, an hic possint ei dari. Videtur posse, quia per Tonsuram factus est Clericus ecclesie Coloniensis, & manet Clericus, sed nullus alterius ecclesie præterquam Coloniensis, ergo cum Ordinarius Coloniensis ordinare possit omnes Clericos sue ecclesie, poterit ordinare Cajum. Respondeo non posse, quia (sive jam nominari possit Clericus Coloniensis sive non) re ipsa non est subiectus Ordinarius Coloniensi, non ratione originis vel Beneficii, uti supponitur, nec ratione domicilii, nam illud jam amisit, uti certum est,*
ergo

ergo etiam amisit subjectionem requisitam ad hoc, ut hic ordinari possit, sicuti si Cajus nunquam hic habuisset domicilium, sed antehac habuisset Beneficium, vi cuius fuisset subiectus, & tum etiam hic ordinatus Subdiaconus, ac consequenter adscriptus alicui ecclesie Colonienfi, si Beneficium illud hoc anno resignasset, quamvis factus esset Subdiaconus Colonienfis, jam non posset Colonie sine dimissoriis ordinari Diaconus, licet afferret titulum patrimonii vel alterius Beneficii obtenti Leodii, quia nempe amisisset hic subjectionem requisitam, ergo similiter in nostro casu.

§. 13. Quod dicitur n. 2174. Episcopum 2187
 posse ordinare suum familiarem alienae Diocesis subditum, non intelligitur de Episcopo Nulatenfi, sive ordinato titulo ecclesie in partibus infidelium, nam *Trid. sess. 14. c. 2. De Ref. circa Ordines* id prohibet his verbis: *Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiamsi in loco nullius Diocesis, etiam exempto, aut aliquo Monasterio cujusvis Ordinis resederint aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscunque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam praetextu familiaritatis, continua commensalitatatis suae, absque sui proprii Praelati expresso consensu aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros aut minores Ordines vel primam Tonsuram promoveri seu ordinare valeat: contraveniens &c.* De caetero notat *Delb. supra f. 7. n. 25.* ad titulum familiaritatis sufficere, si tertius annus sit inceptus: & addit n. 27. cum *Sanch. & aliis idem posse facere Episcopum cum famulo sui familiaris, quia etiam ille est familiaris Episcopi, si reliqua adsint, quae Constitutio supra requirit.*

§. 14.

2188. §. 14. Episcopus invitatus ad ordinandum subditos alienos & in aliena Diœcesi, potest alios aliunde generaliter dimissos hîc ordinare sine speciali licentia Episcopi hujus alienæ Diœcesis, uti habet declaratio Cardinalium apud *Sanch.* in Conf. l. 7. c. 1. d. 20. n. 35. adest enim, & in hoc casu sufficit tacita licentia Episcopi Diœcesani, *Sanch. Turr. Dian. Delb. s. 5. Dicast.* n. 232. Et idem est de subditis Episcopi invitati, qui non indigent dimissorialibus ad se ipsum. Quid autem posset, si dimissoria alienorum haberent, à quocumque in propria Diœcesi residente vel ordinante, dicitur n. 2246.

2189. §. 15. Huc spectat resolutio sequentium dubiorum. In Diœcesi, v. g. Monasteriensi statutum est, ut omnes majoribus Ordinibus initiandi prius obierint Exercitia spiritualia per octo continuos dies: id autem statutum non est in Diœcesi, v. g. Hildesienfi. *Queritur* 1. An Episcopus Hildesienfis existens in Diœcesi Monasteriensi, & cum hujus Episcopi facultate hîc ordinans possit aliquos ordinare non præmissis illis spiritualibus Exercitiis. 2. An Episcopus Hildesienfis celebrans Missas vel ordinans Monasterii debeat aut possit sequi rituale seu Pontificale, vel Monasteriense, vel Hildesienfe, vel Romanum. 3. An idem Episcopus Hildesienfis consecrans ecclesiam in Diœcesi Monasteriensi possit ecclesiæ consecratæ concedere Indulgentias. *Respondeo ad 1.* Si ordinet subditos Monasterienses, hi præmittere debent Exercitia quia statutum Episcopi Monasteriensis tangit hos in persona tanquam subditos, tum saltem, quando etiam isto loco ordinantur. Hildesienfes ordinari possunt sine Exercitiis, quia statutum illud non

non tangit hos utpote non subditos : Et sic praxis habet, ut aliunde dimissi ordinentur, dummodo habeant illa, quæ requiruntur in Diœcesi sua, è qua dimittuntur, licet desit aliquid, quod requiritur in Diœcesi, in qua ordinantur. *Ad 2.* Potest sequi rituale Monasteriense, quia licitum, imò convenientius est se accommodare ritui loci. Potest sequi etiam Romanum, quia Romana ecclesia est quasi matrix, cui se conformare possunt reliquæ. Potest etiam sequi Hildesienſe, quia dans licentiam facit potestatem, ut in illis, quæ ipsum Ordinantem concernunt, operetur eo modo, atque si esset apud suam ecclesiam, non enim potest præsumi, quòd velit obligare ad discendos ex tempore ritus hujus ecclesiæ alienæ : Et sic Græci græcè celebrant etiam in Latio : item peregrinus Sacerdos ubique legere potest Missas secundùm ritum, formam & directorium suæ ecclesiæ, à qua abest. *Ad 3.* Potest, quia Episcopus Monasteriensis committens, etiam committit potestatem concedendi Indulgentias, vult enim ab ipso observari Rubricas Pontificalis, quæ expressè mandant in fine promulgari Indulgentias : imò suppositâ facultate Episcopi, ut alius consecret ecclesiam in sua Diœcesi, jus ipsum in Pontificali expressum tribuit consecranti potestatem concedendi Indulgentias.

§. 16. Quod Abbates attinet, *Trid. sess. 23. c. 2196*
 10. de Ref. sic statuit : *Abbatibus ac aliis quibuscunque, quantumvis exemptis, non liceat imposterum intra fines alicujus Diœcesis existentibus, etiamsi nullius Diœcesis vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, Tonsurâ vel Minores Ordines conferre.* Deinde *Synod. Colon. anni 1662. de Sacram.*

gram.

eram. Ordinis c. 1. §. 9. refert hoc Decretum, de cujus fide non est dubitandum, inquit Gob. num. 328.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, utraque parte informante, ore & scriptis, & rationibus hinc inde deductis, mature examinatis, inhaerendo decisioni Rota Romanae sub die 27. Aprilis 1592. coram bon. mem. Cardinale Seraphino de ordine fel. rec. Clementis VIII. factae, nec non declarationibus ejusdem sacrae Congregationis dictae decisioni conformibus subsequutis, censuit, improbatam opinionem contrariam, Abbates Regulares benedictos Congregationis Cassinensis, seu alterius Congregationis, vel Ordinis, aut Instituti, habentes etiam jura Episcopalia, seu quasi Episcopalia, usumque Mitrae, Baculi, & benedicendi, ac facultatem primam Tonsuram, & minores Ordines conferendi, non posse dictam primam Tonsuram, vel alios Ordines minores, nisi suis subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, vel Instituti, etiamsi habeant literas dimissoriales suorum Superiorum Regularium, & consensum Ordinariorum, intra quorum Diocesim fines ipsi Regulares ordinandi existunt. Et multo minus personis secularibus etiam habentibus literas dimissoriales a suis Ordinariis. Ac propterea inhibuit Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Praelatis inferioribus tam secularibus quam Regularibus, ut in futurum concedere non audeant supradictas literas dimissorias hujusmodi Abbatibus directas, nec ab istis recipere: quod si secus fiat, tam concedentes, quam ordinantes a Collatione Ordinum suspensi remaneant, praeter alias poenas arbitrio ejusdem Congregationis reservatas. Quam declarationem Sanctissimus D. N. die 17. Januarii 1642. ad se delatam approbavit, & inviolabiliter observari iussit.

§. 17. Si Abbas conferat Tonsuram vel Minores seculari vel alteri Regulari ad se dimisso, Laym. Asc. Tamb. & alii cum Gob. à n. 330. putant ejusmodi Ordinationem fore validam, quia Trid. tantum dicit, non liceat: & pro hoc refertur declaratio Congregationis apud Castrop. pu. 14. n. 15. qui consentit. Sed Suar. & alii dicunt fore invalidam, quia Abbas de se non habet eam potestatem, cum non habeat characterem episcopalem, vi cuius fit ordinarius Minister Ordinum, sed tantum habet per concessionem Papæ, cujus præscripti termini exceduntur, ergo etiam exceditur potestas: & in Declaratione antè relata dicitur vales Abbates hoc non posse: Id saltem absolutè dicendum est, si Abbas ordinet non subditum aut non sibi subiectum, Ordinationem esse irritam, quia caret potestate ordinariâ, nec aliunde ipsi est commissa ad talem. E contra tamen si Episcopus ordinet non subditum, valebit Ordo, quia habet potestatem ordinariam ex vi Ordinis sui, quæ stat sine jurisdictione, sine qua tamen prohibetur exercere actum sui characteris circa non subditum, Aversa q. 3. s. 6. Delb. supra s. 7. n. 1. Plura de titulo Ordinationis, item de testimonialibus, commendatitiis, dimissoriis, addentur ad dubium sequens, ubi etiam à num. 2235. deciderur, an Abbates vel Superiores regulares dare possint dimissorias suis subditis secularibus vel saltem Regularibus.

Q. 320. A quo Episcopo ordinari possint vel debeant Religiosi. R. §. 1. Secundùm dicta. n. 2190. Abbates possunt suis subditis Regularibus conferre Tonsuram & Minores, sed Ordines Maiores, per se loquendo, peti debeat ab Episcopo loci,

loci, in quo est Monasterium, uti habet communis cum Barb. De Off. Episc. alleg. 4. à n. 60. qui addit, si habitent in loco nullius Diocesis, debere ordinari ab Episcopo viciniore. Circa hoc Gallem. ad Trid. sess. 23. c. 8. de Ref. refert sequentem declarationem. Greg. XIII. statuit, ut Regulares suscipiant Ordines sacros ab Episcopis, in quorum Diocesi sunt Monasteria, in quibus tunc degunt, vel dimissorias ab eis accipiant. Nec refert quòd fortè sint Regulares exempti à jurisdictione Episcopi, cui non licet ordinare nisi subditum, nam quoad hoc possunt Superiores Regulares subditos suos subicere Episcopis, cum sit in ipsorum favorem, uti cum communi Sanch. in Conf. l. 7. c. 1. dub. 20. n. 44. An autem Regulares debeant ab Episcopis petere dimissorias, dicitur à n. 2236.

2193. §. 2. Si Superior subditum Religiosum à proprio Episcopo rejectum transtulerit ad Monasterium alterius Diocesis, ut ab hoc Episcopo statim ordinetur, Riccius dicit peccari & incurri pœnas, videturque consentire Gob. n. 420. quia nemini debet fraus sua prodesse, in hoc autem est fraus, uti in simili colligitur ex dicendis n. 2236. Putat etiam Asc. Tamb. talem Superiorem peccare, si suorum Ordinationem differat deditâ operâ usque ad mortem vel absentiam sui Diocesani, nisi hic fortè esset nimis morosus & rigidus, sed Gob. non agnoscit in hoc causam gravis noxæ, quia tales Prælati utuntur jure suo.

2194. §. 3. Quod Societatem JESU attinet, ap-
pono hic, quæ prodièrunt Romæ typis Rev. Cameræ Apostolicæ anno 1695. Superiorum permissu:
Et hæc uno loco pono omnia verbotenus, ut
huc remittere possim aliunde. De-

Decreta Sanctissimi, suarumve Congregationum,
in causis infrascriptis Societatis JESU.

Beatissime Pater,

Societas JESU ex Sedis Apostolicæ benignitate à sæculo & ultra utitur privilegio, quod Sanct. Mem. Greg. XIII. eidem Societati concessit in sua Constit. 77., Bullarii Rom. Tom. 2. die 22. Sept. 1582., ut nimirum ejusdem Societatis Religiosi præviâ suorum Superiorum facultate, ad quoscumque tam minores quam Sacros Ordines promoveri valeant à quolibet Episcopo & Antistite gratiam & communionem dictæ S. Sedis habente absque ulla functione, inquisitione de idoneitate aliisque requisitis, & signanter absque ulla interstitiorum observatione, in tribus Dominicis vel aliis festis diebus etiam continuis. Quod indultum Greg. XIV. & Paulus V. sanct. mem. cum cæteris eidem Societati à summis Pontificibus antea concessis planè confirmârunt. Quoniam verò die 14. Decemb. 1693. Congregatio particularis à Sanctitate vestra deputata decretum edidit super moderatione indultorum suscipiendi Ordines extra tempora à jure statuta, quamvis dicta Societas nec explicitè nec implicitè videatur in eodem decreto comprehensa, nihilominus ad omnem hæsitacionem, quæ contingere posset, removendam, Thyrsus Gonzalez Præpositus Generalis ejusdem Societatis humillimè supplicat S. V., ut dignetur declarare dispositionem præfati decreti nullatenus involvere dictam Societatem: Quod sperat &c. Quam Deus &c.

Tom. VII.

XXXX

Comme

*Commissio Ssmi ad Relationem Illustriss. & Re-
verendiss. Dom. Secretarii memorialium.*

**Ad Dominum vices-gerentem cum Sanctis-
simo.**

Carolus Augustinus Fabronus,

D E C R E T U M

Sanctissimi D. N. Innocentii Papæ XII., re-
ferente Illustriss. & Reverendiss. Dom. Epi-
scopo Interamnenfi vices-gerente, die 17.
Aug. 1695.

Facto verbo cum Sanctissimo D. N., Sancti-
tas sua præviâ declaratione, quod in decreto
de sacris Ordinationibus edito die 14. Decemb.
1693. non comprehendantur Clerici Societatis
JESU, specialiter & expressè mandavit in eis
ad Ordines promovendis servari Constitutio-
nem Greg XIII., quæ incipit, *Pium & utile*,
datam 22. Sept. 1582.

Sperellus Episcopus Interamnenfis vices-
gerens.

*Gregorius Papa XIII. ad futuram rei me-
moriâ.*

Pium & utile Societatis JESU Institutum
non patitur certa quædam ab iis, qui sub
ejus vexillo & disciplina salutari militant,
obiri, quæ in Sacris ineundis generaliter præ-
scribuntur:

§. I. Quocirca cum dictæ Societatis ac disci-
plinæ alumni nulli Ecclesiæ nullive loco certo
mancipati sint, ut ibi permaneant, sed veluti
viatores omni tempore parati expectantesque
diem & horam, quâ vel ad extremas orbis re-
giones, cum venit usus, emittantur, ubi quis-
que pro captu suo & juxta datam sibi à Domino
sapientiâ sese in vinea Domini excolenda exer-
ceat,

ceat, ejusque rei causâ Fel. Record. Paulus Pa-
pa III. Præposito ejusdem Societatis concessis-
sit, ut idoneos & comprobatos ab ipsa Societa-
te quibuscumque mallet catholicis Antistiti-
bus & gratiam & communionem Sedis Apo-
stolicæ habentibus præsentare posset, qui illos
sic præsentatos absque ulla promissione vel
obligatione ad Ordines hujusmodi promo-
verent.

§. II. Nonnulli tamen Antistites post Conc.
Trid. decreta eos sic præsentatos prius in cu-
jusque tam Minorum quam sacrorum Ordi-
num hujusmodi, præscripto munere exercita-
tos, temporumque determinatorum post
susceptos præscriptum finem, antequam ad
Superiores Ordines ascendant, omnino ex-
spectandum, eosque eorundem Ordinum fun-
ctionibus chorique officiis plenè instructos, &
denique super eorundem vita, moribus, ætate
& natalibus ad Parochi inquisitionem aut aliàs
testimonium & certa alia requisita habenda ef-
se contendunt, quamvis nonnisi ad eosdem
Ordines suscipiendos numeris alioqui omni-
bus idonei dimittantur:

§. III. Nos his incommodis, quantum in
nobis est occurrere volentes, omnibus Episco-
pis & aliis Antistitibus præsentibus & futuris
in perpetuum præcipimus atque interdici-
mus, ne ab hujusmodi promovendis, qui licentiam
à Præposito Generali dictæ Societatis pro tem-
pore existentē, vel ab eo delegatis habuerint,
quicquam prædictorum requirant vel exigant,
sed ipsos etiam absque ulla functione in Ordini-
bus ipsis interstitiorumque ad illos susci-
piendos observationem, aut inquisitionem de-

cantu, officiis & ceremoniis ecclesiasticis idoneitate, proprii Ordinarii licentia & aliis in aliis requisitis ad Minores ac etiam extra tempora à jure statuta tribusque Dominicis aut aliis festis diebus etiam continuis ad Sacros, etiam Presbyteratus Ordines promoveant, ac si omnibus illis præditi essent, Nos enim illis Ordines omnes prædictos sic suscipiendi, ac prædictis Antistitibus eos ipsis conferendi facultatem tribuimus.

§. IV. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque: præsentis autem gratiæ communicationem omnibus aliis, etiam qui sua privilegia cum ipsa Societate copiosè participant participare poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Cæterùm quia difficile esset præsentibus, quocumque illis opus erit, deferre,

§. V. Volumus, ut earundem præsentium transumptis manu Notarii publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ seu etiam dicti Præpositi munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Tusculi sub annulo piscatoris die 22.

Sept. 1582. Pontificatus nostri anno XI.

Ordinationis Mechliniensis.

Archi-Episcopus Mechliniensis per libellum à Sanctissimo remissum oraculum S. Congregationis Conc. Trid. exquisivit super jura examinandi & ad Ordines promovendi Religiosos Societatis JESU, duplici dubio proposito:

Primum

Primum dubium. An Clerici Societatis JESU sacros Ordines ab Episcopo Mechliniensi suscipiendi, debeant se subicere examini, prout ceteri Regulares.

Die 5. Julii 1681. S. Congreg. Concilii respondit negativè, nisi adsit consuetudo in contrarium.

Secundum dubium. An Clerici Societatis JESU habitantes in Diocesi Mechliniensi Archi-Episcopo Ordinationem habente possint extra Diocesim Mechliniensem ordinari ab alio Episcopo in propria Diocesi.

Dicta die 5. Jul. 1681. & 8. Maji 1683. S. Congreg. respondit affirmativè.

Mechliniensis ministrations Ss. Eucharistiae Sacramenti.

2195.

Conquerentibus nonnullis Parochis & dubium infra scriptum proponentibus in S. Congregatione Conc. Trid.,

An PP. Societatis JESU alique Regulares possint ministrare Ss. Eucharistiae Sacramentum personis saecularibus à Dominica Palmarum usque & per totam Dominicam in Albis.

Die 31. Januarii 1682. S. Congreg. respondit affirmativè, excepto die Paschatis, ita tamen, ut saeculares sumentes Eucharistiam in Ecclesiis Regularium in aliis diebus à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis inclusivè non satisfaciant præcepto Ecclesiastico.

Sicula seu Mazzarien. dimissionis.

Ambrosius Massa Siculus è Societate à Provinciali dimissus anno 1634. de injusta dimissione ad Præpositum Generalem reclamavit, Societatem repetere contendens; sed dimissionis actu à Generali confirmato, causam reingressus

Xxxx 3

gressus

gressus introduxit coram S. Congregatione Episcoporum & Regularium, quæ auditis Patribus dictoque Massâ, acerrimè informantibus, rescripsit primò, *Acquiescat in Domino.*

Eo tamen non acquiescente novamque Audientiam obtinente, secundum rescriptum à S. Congreg. prodiit, *Acquiescat omnino.*

Omnem movit lapidem Massa, ut tertio audiretur, quo ex mira S. Congregationis benignitate impetrato, tertium quoque rescriptum emanavit: sic igitur firmatâ dimissionis validitate ejusdem S. Congregationis judicium Inn. X. sanctæ memoriæ die 27. Apr. 1648. constanter approbavit & perpetuum Ambrosio Massæ silentium indixit.

Neapolitana Remotionis.

Remotionem NN. Religioso Societatis JESU à quodam Collegio detrectante, nec ad consuetum obedientiæ nuntium se ad alterum Collegium transferente, imò ad S. Congreg. Episcoporum & Regularium supplici oblato libello recurrente, ut in Collegio sibi placito tuenda valetudinis gratiâ immorari liceret,

Die 27. Junii 1692. S. Congreg. rescripsit: *Pareat omnino.*

Limana Ejectionis.

Archi Episcopus Limanus in Indiis petiit declarari à S. Congreg. Conc. Trid.,

An Patres Societatis JESU in sacris Constituti juxta indulgèntia & privilegia ejusdem Ordinis, & postea dimissi seu ejecti absque patrimonio aut Beneficii ecclesiastici assignatione ad propriam sustentationem competente juxta Conc. Trid. Constitutionem sess. 25. De Ref. c. 2. habeantur ut suspensi ab executione præ-

fato-

fatorum Ordinum: & quatenus non sunt suspensi, an Religio illis teneatur providere de honesto victu, saltem in reddito 40. aureorum, donec sufficiens Beneficium fuerint assecuti.

Die 18. Febr. 1662. S. Congreg. respondit, Religiosos Societatis post tria vota simplicia dumtaxat, vigore privilegiorum ejusdem Societatis dimissos, non comprehendi in Constit. Urb. VIII. de apostatis & ejectis. Quoad reliqua nihil innovandum.

Gerunden. Patrimonii.

Martinianus Battle Gerundienfis, Sacerdos pauper, è Societate dimissus, ne cum Ordinis dedecore mendicare cogeretur, supplicem libellum obtulit sacre Congreg. Conc. Trid., instans ut sibi provideretur de annuo reddito 40 aureorum ex bonis Religionis, unde propositum fuit dubium,

An secundum ea, quæ proponuntur, oratori provideri debeat de dicto annuo reddito super bonis Religionis.

Die 4. Junii 1672. S. Congreg. per pensis deductis, tum pro parte Oratoris, tum pro parte Religionis, respondit, *Nihil esse innovandum.*

Panormitana prætense congruæ.

Dominus Georgius Vaccarinus Sacerdos Siculus quæstionem hanc de alimentis Sacerdoti pauperi è Societate dimisso præstandis reassumpfit, & congruam 40 aureorum sibi assignari de bonis Societatis, tum voce tum scripto acriter institit, sed Societate Sanctissimum rogante pro discussione quæstionis, quoad personam Vaccarini dumtaxat, non autem in abstracto, Sanctitas sua auditâ relatione sibi factâ de speciali ejus commissione ab Illustris. & Re-

verendiss. D. Raynutio Pallavicino ejusdem S. Congreg. Secretario die 2. Decemb. 1694. mandavit, ut suspensâ propositione in abstracto, idem dubium proponeretur in concreto tantum ac in casu particulari dimissionis Sacerdotis Georgii Vaccarini; nec ultra esse innovandum, ne fiat in Societate JESU turbatio ac status ejusdem immutatio. Itaque duplici dubio proposito:

1. An Georgio Vaccarino ordinato Sacerdoti ad titulum paupertatis in Societate JESU & deinde ab ea demisso debeat congrua portio saltem aureorum 40. annuorum. 2. An eidem sint subministranda alimenta & sumptus litis. Sacra Congr. ita rescripsit. Die 28. Maji 1695. S. Congreg. Eminentiss. S. R. E. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum, juribus ab utraque parte deductis maturè perpensis, ad utramque respondit Negative.

G. Cardin. Mariscottus Pro-Præfectus.

Rayn. Pallavicinus Secretarius.

Et factâ de præmissis, ab eadem Illustriss. & Reverendiss. D. Pallavicino Secretario relatione Sanctissimo, die 4 Junii 1695., Sanctitas sua favorabilem Societati sententiam sacre Congreg. approbavit, & mandavit Vaccarinum *Non esse amplius audiendum, ac imposterum nihil innovandum.*

Repetitis verò per D. Vaccarinum precibus coram Sanctissimo in audientia publica, eoque instante causam committi de voto Rotæ, Sanctitas sua die 16. Julii 1695. denuo referente eodem Illustriss. & Reverendiss. D. Pallavicino Secretario & speciali commissione sibi factâ stetit in decretis 4. Junii prædicti.

Et

Et cum rursus die 27. ejusdem mensis Julii alium supplicem libellum in publica audientia Vaccarinus Sanctissimo obtulisset, petens sibi & cæteris Sacerdotibus è Societate dimissis alimenta præstari, sub prætextu novæ scripturæ repertæ obligationem præstationis hujusmodi inducentis; quæ tamen scriptura satis antiqua est, sæpe examinata, in antecedentibus judiciis reproducta, recens recocta floccique semper ex pluribus solidisque rationibus à S. Congregatione habita, Sanctitas sua rescripsit, *Acquiescat.*

Q. 321. *An & à quo ordinari possint Novitii* 2197.
Ordinum Religiosorum. R. §. 1. Novitii ordinari possunt, si habeant aliàs requisita: quod enim S. Greg. l. 8. Epist. 23. de admittis ad Religionem dicit, priusquam biennium in conversione compleant, nullo modo audeant tonsurare, rectè cum aliis explicat *Sanch. in Decal. l. 6. c. 10. n. 19.* sensum esse, quòd, ubi consuetudo est biennii pro Novitiatu, non debeant ante hoc completum admitti ad tonsuram monachalem sive ad statum professionis. *Dixi*, si habeant aliàs requisita, inter quæ pro majore Ordine est titulus congruæ sustentationis, secundùm dicenda à n. 2268. titulum autem *paupertatis* non habent Novitii, cum Ordo illos ad professionem vel vota Religionis necdum admiserit, nec illos stabiliter acceptarit, nec, se obligarit ad eos alendos: Hinc *Aversa* q. 3. l. 10. *Delbene* De immun. eccles. c. 12. dub. 3. l. 8. n. 9. *Barb.* De off. Episc. alleg. 7. n. 31. notant Novitios à *Pio V.* prohiberi suscipere majores Ordines ante professionem, nisi aliunde haberent titulum.

2198. §. 2. Quamvis secundum dicta n. 2190. Ab-
bates possint Regularibus sibi subditis confer-
re Tonsuram & Minores, tamen dubitatur, an
etiam Novitius: negant *Nav. Rodrig. Henriq.
Barb. Jordan. A. Tambur. & alii cum Castrop.* pu.
14. n. 6. quia non sunt subjecti Prælati, nisi
quoad illa, quæ spectant ad probationem, ad
quam non spectat subjectio quoad Ordines,
uti cum communi *Sanch.* in Decal. l. 6. c. 10. n.
22. E contra posse affirmant *Suar. Pirinch, Gob.*
n. 324. eò quòd Novitii in favorabilibus ve-
niant nomine regularium, & gaudeant privi-
legiis Ordinis, in quo sunt, secundum dicenda
n. 2237. debentque censeri Abbati suo magis
quàm Episcopo esse subjecti. Utraque opinio
est probabilis.

2199. §. 3. Major difficultas est, à quo Episcopo
Novitius Majore Ordine esset initiandus: *Suar.
Henriq. & alii* putant ab Episcopo suæ originis
vel prioris sui domicilii, quia cum ingressus sit
non animo perpetuò ibi habitandi, sed tantum
experiendæ Regulæ per unum vel duos annos,
non videtur acquirere domicilium in loco No-
vitiatus, & in hanc sententiam inclinat etiam
Barb. De off Ep. alleg. 4. n. 63. E contra *Sanch.*
suprà n. 21. & l. 4. c. 39. n. 20. *Castrop.* cr. 16,
disp. 1. pu. 11. n. 8. *Delb.* n. 7. putant in loco
Novitiatus statim acquiri domicilium, adeoque
posse ordinari ab Episcopo hujus loci, quia,
quantum est de se, habet animum ibi perpetuò
permanendi, saltem apud religiosos, qui pro-
fessionem loci faciunt: Cui animo, secundum
dicta hic. n. 2184. non obstat, si fortè per acci-
dens eum casus vel causa aliò vocet. Etiam
utraque hæc opinio est probabilis. An autem

Præ-

Prælati licentia requiratur, ut Novitius ordinari possit; item an Prælati ei possit dare dimissorias: denique an etiam Novitius Societatis JESU gaudeat illis privilegiis, de quibus n. 2194. dictum est, colligetur ex dicendis n. 2237.

Q. 322 Quid notandum sit circa suppletionem 2200.
Ordinum vel rituum in Ordinatione omissorum. R.

§. 1. Universim circa suppletionem notant AA. cum Avers. q. 2. sect. 13. & Gob. tr. 8. à n. 231. seqq. 1. quando postea suppletur aliquis actus, debent iterari forma & orationes annexæ illi actui; & si pars formæ sit omissa, debet tota repeti 2. Si certum sit ordinem vel caeremoniam notabilem esse omissam, debet, si fieri potest, suppleri ab eodem Episcopo, qui ceteros ritus adhibuit, & per se loquendo eo tempore, quo confertur talis Ordo, nisi excuset ratio infamiz, scandali aut alterius extrinseci gravis incommodi: hinc notat Avers. quando defectus fuit occultus, occultè esse supplendum ad vitandum scandalum & turbationem aliorum: putat tamen semper suppleri debere in aliquo ex diebus pro collatione Ordinum designatis, eò quòd ita præscribat Cap. presbyter, De Sacram. non iterandis. 3. Si ob solum dubium sub conditione iteretur Ordo vel caeremonia, potest iterari à quovis Episcopo, quovis die, in privato sacello, & quidem uno eodemque die omnes simul tam majores quàm minores Ordines eidem conferri possunt, nec necessariò adhibendæ sunt solennitates ordinariæ, præter probabiliter necessarias ad valorem.

§. 2. Si in Collatione Ordinis omissus sit ritus notabilis, v. g. in collatione Presbyterii unctio manuum, quamvis Ordinatio sit valida, uti

ut

ut certum videtur contra *Hostium*, quem refert *Avers.* l. 8. tamen unctio illa est supplenda sub mortali ante ministerium in tali Ordine, *Sanch.* in Conf. l. 7. c. 1. dub. 13. *Gob.* à n. 226.

2202. §. 3. Notat *Carden.* in 2. crisi diff. 2 n. 513. damnatam non esse sententiam *Granadi*, quod quando est opinio probabilis, licet minus cura, circa valorem suscepti Diaconatus, Subdiaconatus & minorum Ordinum, non sit opus talem Ordinem iterum suscipere sub conditione, quamvis hoc debeat fieri in Ordine Presbyteratus & Episcopatus secundum dicta n. 2146. Et disparitas hic est, quia Presbyteratus supplet omnia, quæ fortè deessent ex illis aliis Ordinibus, neque ideo patietur notabile damnum vel Ecclesia vel salus fidelium, neque ullum Sacramentum per hoc exponetur periculo nullitatis, *Gob.* n. 191. citans alios.

2203. §. 4. Ex dictis colligitur, quid dicendum fuerit de hoc casu. Titius ad Subdiaconatum accedens intendit non obligari voto Castitatis perpetuæ: non multo tempore post, facti poenitens, exercuit actum Subdiaconatus: postmodum rite ordinatus est Diaconus & Presbyter: incepit postea dubitare, an accedens ad Subdiaconatum non habuisset intentionem illum re ipsâ non suscipiendi. *Querebatur* 1. an deberet reordinari Subdiaconus. 2. An ob exercitum actum Subdiaconatus ita suscepti non incurrisset suspensionem vel irregularitatem. *Respondi ad* 1. Non esse reordinandum Subdiaconum, 1. quia præsumptio est pro valore actus. 2. Cum Titius hætenus non dubitavit de valore; imò non multò post susceptum Subdiaconatum exercuerit actum illius, ab initio supposuit esse vali-

validè susceptum , ergo est quædam possessio certa pro valore, à qua non deiecit dubiū nunc superveniens , quod censeri debet esse imprudens. 3. Quamvis fortè Subdiaconatus validus non fuisset, Presbyteratus nunc supplet : si tamen sciretur Subdiaconatum non esse validè susceptum , per se loquendo , esset obligatio supplendi , uti antè dictum est *Respond. ad 2.* Non incurrisse , quia in dubio non censentur contractæ tales pœnæ (excepto dubio de homicidio) uti habet communissima , & latè *Sanch. in Decal. l. 1. c. 10.* , hic autem ad summum est dubium , an suspensio & irregularitas sit contracta , uti patet ex *Resp. ad 1.* Et ita mecum senserunt quoad omnia alii 4. Doctores hujus Universitatis.

§. 5. Si per traditionem calicis & patenæ col-
lata sit potestas consecrandi, sed aliquid essentialè neglectum sit in secunda impositione manuum Episcopi, talis ordinatus invalidè absol-
veret pœnitentes , uti patet, & uti probabilius docet *Avers. q. 2. f. 8. §. ult.* etiam invalidè ministraret extremam Unctionem. Quamvis autem validè consecrare posset , nam jam antea validè consecravit cum Episcopo, attamen postea illicitè Missam legeret ante suppletionem illius secundæ impositionis manuum , quia necdum est completè Sacerdos , cui soli Ecclesia concedit Missas legere. Hæc autem suppletio impositionis manuum potest fieri sola , neque opus est ideo repetere traditionem calicis & patenæ, quia potestas in Corpus Christi verum est independens à potestate in Corpus Christi mysticum. E contrà si in traditione calicis & patenæ neglectum esset aliquid essentialè ,
quam-

2204.

quamvis in secunda impositione manuum nihil esset neglectum, deberet repeti etiam secunda manuum impositio, quia potestas in Corpus Christi mysticum supponit prius adesse potestatem in Corpus Christi verum, quæ hic non adfuit, *Avers. f. 13.*

2205. §. 6. Si aliquis esset ordinatus Sacerdos per traditionem unius tantum speciei, ut si in calice non fuisset vinum secundum dicta. n. 2151, deberet Ordinatio omnino ex integro repeti saltem sub conditione, quia merito dubitum est, an quis validè ordinari possit ad consecrandum solum Christi Corpus & non Sanguinem, *Avers. f. 8. §. Sed de facto, & pluribus f. 13.*

2206. Q. 323. Quid præterea notandum sit circa Ordinationem & Ordines. *R. §. 1. Secundum dicta l. 6. p. 1. n. 93. Episcopus peccat mortaliter, si consecrat alium Episcopum, vel alicui conferat Ordinem in mortali: sed secundum dicta ibidem n. 96. non peccat mortaliter, si in mortali conferat Tonsuram vel benedicat chrisma &c.*

2207. §. 2. Omitto hic multa alia, quæ potius ad Scholasticam pertinent, & tantum paucis insinuo, si forte opus esset aliquem de illis scire, ac remitto ad authores, qui quæstiones illas fuisse discutunt in utramque partem: 1. Sacramentum Ordinis institutum est partim antè partim post Resurrectionem, nam Sacerdotium, quoad primam partem consecrandi, est institutum in ultima cœna, *Luc. 22. v. 19. Hoc facite &c.* Quoad alteram potestatem absolvendi poenitentes, videtur institutum *Joannis 20. v. 23. Quorum remisistis peccata &c.* Episcopatum putant aliqui institutum *Joan. 21. v. 18. quando dixit Petro, Pasce oves meas, sed Avers. q. 2. f. 10.*

pro

probabiliter dicit institutum cum Sacerdotio. Et dicendum videtur Ordines alios, utpote tendentes ad Sacerdotium, esse institutos quando data est prima potestas Sacerdotii. Sacerdotes autem & Episcopos nunc non immediatè à Christo sed per Papam habere jurisdictionem, dixi hic à n. 1550. & consentiunt *S. Th.* aliique communissimè cum *Avers.* l. 12.

2. Prima Tonsura non est Ordo, sed sicuti 2208.
 habitus & tonsura tantùm disponit ad religiosum statum, ita prima Tonsura ad Ordines, *Avers.* q. 1. l. 5. *Dicast.* à n. 18. Quando autem vocatur Ordo clericatus, sensus est, quòd sit nota, per quàm quis ex ordine laicorum evehitur ad ordinem seu statum Clericorum. Nec officium cantoris seu psalmistæ est Ordo, uti nec officium fossarii, id est, egerentis fossam pro sepeliendo mortuo, cum Pontificalia de eorum Ordinatione non agant, sed tantùm extrinsecè deputentur, uti choraulæ, organæ, custodes, campanistæ, *Dicast.* à n. 21. Probabilius est autem quatuor Minores esse vera Sacramenta, de quibus etiam Pontificalia præscribunt speciales Ordinationes, *Avers.* l. 4. *Dicast.* à n. 96. *Ill.* n. 22. Similiter Subdiaconatus & Diaconatus, *Avers.* l. 3. *Dicast.* à n. 74. Diaconatum & Presbyteratum esse diversos Ordines, probat *Petavius* post t. 4. De Incarn. in append. tom. 3. De Hierarch. eccles. l. 1. c. 10.

3. Episcopatus est Ordo & Sacramentum, 2209.
Avers. q. 1. l. 6. *Dicast.* à n. 28. & 67. Et probabilis est Presbyteratum & Episcopatum esse duos distinctos ordines, quamvis Episcopatus supponat & quasi includat Presbyteratum, cuius est perfectio, *Petav.* supra c. 1. & seqq. item
 l. 2.

- l. 2. toto. *Avers.* f. 7. *Illf.* n. 18. Chori-Episcopatus, ut vocant, Archidiaconatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus, Primatus, Papatu, non significant Sacramentum vel Ordinem, sed potius dignitatem majorem & superioritatem officii ad regendos plures Christi fideles, *Avers.* q. 1. f. 8. *Dicast.* à n. 43.
2210. 4. Quamvis Sacerdotium valeat sine præsuppositis aliis Ordinibus, tamen Episcopatus non valeret si non supponeretur susceptum esse Sacerdotium, *Avers.* q. 1. f. 9.
2211. 5. In quolibet Ordine imprimitur distinctus character, qui simul omnes per aggregationem faciunt unum characterem Ordinis, *Dicast.* à n. 210. & *Avers.* f. 7. speciatim id probat de Episcopatu.
2212. 6. Nulli non Sacerdoti potest committi collatio ullius Ordinis: probabilius tamen est Sacerdotem non Episcopum posse ex dispensatione Papæ validè Ordines conferre usque ad Diaconatum inclusivè, *Avers.* q. 3. f. 3. *Dicast.* à n. 236. *Illf.* num. 35. contra *Gonet* d. 3. num. 3. & Thomistas.
2213. 7. Mulier nequidem ex dispensatione Papæ est capax etiam solius primæ Tonsuræ, cum enim incapax sit omnis Ordinis, etiam incapax est specialis dispositionis ad Ordinem, *Avers.* f. 4. *Dicast.* à n. 286. *Gob.* n. 346. Nomina Presbyteræ, Diaconissæ &c. mulieres olim participabant à viris suis, qui erant Presbyteri vel Diaconi. Infantem esse capacem Ordinum, probat *Avers.* f. 5.

DUBIUM

DUBIUM II.

2214.

Que requirantur in ordinando.

Resp. I. Ad validam Ordinationem requiritur & sufficit, ut sit mas baptizatus, *S. Th.* 3 p. 4. 39. art. 2. *Ken. d. 20. dub. 10. Vasq. Fill. 1. 9.* 4 q. 2. Unde resolves,

I. Incapax Ordinum est, & quidem jure divino, 1. Fœmina. *Vasq. Regin. Fill. 2. Hermaphroditus*, in quo sexus fœmineus prævalet. *Fill. l. c.* Quod si autem in eo incipiat prævalere post Ordinationem validam, non potest valide consecrari vel absolvi, licet characterem Sacramentalem retineat, *Lug. Resp. mor. l. 1. d. 21. 3.* Non baptizatus.

II. Valide ordinantur. 1. Perpetuè amentes, cæci, muti, privati manibus; etsi jure naturali sint inhabiles. 2. Irregulares, etsi jure Ecclesiastico sint inhabiles, maneatque ab eorum usu suspensi. 3. Pueri in cunis, qui tamen ad castitatem non tenebuntur vi voti, nisi id ratificaverint, *Tol. Hen. Azor l. 13. c. 14. Bon. l. c.*

Resp. II. Ut Ordo licite, & secundùm jura Ecclesiæ rite sumatur, aut non incurratur censura, requiritur in recipiente præter statutum gratiæ,

1. Ut non sit Neophytus vel infamis vel Hermaphroditus vel irregularis, suspensus, excommunicatus.

2. Animus clericandi, *Trid. sess. 21. c. 4.* sine quo si primam tonsuram vel Ordines minores accipiat, videtur peccare saltè venialiter (nisi justa causa excuset) quia fraus est levis. *v. supra*

Tom. VII.

Y Y Y Y

l. 4.

1. 4. c. 2. d. 1. a. 3. Similiter venialis inconstan-
tia videtur sine justa causa statum Clericalem
deserere.

3. Ut sit confirmatus, *Trid. sess. 23. cap. 4.* &
quidem secundum *Bon d 8. p. 5. num. 10.* sub
mortali, secundum *Sot. & Kon* sub veniali.

4. Litteræ dimissoriæ (etiam pro prima
tonsura) Episcopi proprii, sive originis sive
beneficii sive domicilii. *vid. Dian. part. 3. t. 4.*
Resp. 194.

5. Examen coram Episcopo, de scientia
necessaria ad usum cujusque Ordinis; nam
Trid. sess. 23. c. 4. pro prima tonsura requirit, ut
sciant Fidei rudimenta, item legere & scribe-
re; & de quibus probabilis sit conjectura, quod
Clericatum elegerint, non sæcularis judicii
fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum
præstent. Pro minoribus, ut linguam latinam
intelligant. Pro Subdiaconatu & Diaconatu,
cognitionem eorum, quæ ad istos Ordines
spectant. Pro Sacerdotio tantam scientiam, ut
populum docere possint necessaria ad salutem
& administrare Sacramenta.

6. Titulus sustentationis; ut beneficii vel
patrimonii; vel paupertatis, ut in regulari-
bus, *Trid. sess. 21. c. 2 v. Bon.*

7. Ordo inter receptionem unius & alte-
rius, cujus inversio, v.g. suscipere Diaconatum
ante Subdiaconatum, erit mortale; Episcopa-
tus ante Sacerdotium, erit etiam invalidus.

8. Tempus; Sic minores conferuntur quâ-
vis Dominicâ vel festo, & quidem tali, quod
ex præcepto Ecclesiæ celebratur etiam in fo-
ro, ut *Sylv. Azor, Bard &c. comm. docent.* Ac li-
cèt *Præp. Fag. Tan. Gav. &c.* putent sufficere quod-

quodvis festum duplex in Ecclesia ; eamque²⁰
sententiam *Dia. p. 5. tr. 13. R. 47.* vocet turam in²⁰
praxi, eam tamen ex decreto *Urbani VIII.* re-²⁰
jectam esse monet *Lug l. 1. Resp. mor. d. 43.* Eof.²⁰
dem autem posse ex recepta Episcoporum²⁰
consuetudine , etiam feriâ VI. vespere ante²⁰
Sabbathum, quo omnes Ordines jure confer.²⁰
ri possunt, notat *Dia p. 2. t. 16. R. 28. ex Henr. 20*
Regm. &c. majores verò Sabbatis Quatuor²⁰
temporum & Dominicæ Passionis ac Hebdo.²⁰
madæ Sanctæ. ²⁰

9. Interstitia temporum. Sic majores non²⁰
nisi post annum ab alterius susceptione con-²⁰
ferri possunt, ex *Trid. sess. 23. c. 11. 13. & 14.* in²⁰
quo tamen Episcopus ob necessitatem vel²⁰
utilitatem Ecclesiæ potest dispensare. Eodem²⁰
tamen die, non nisi de licentia Papæ, duo Or-²⁰
dines majores possunt dari: Minores verò o-²⁰
mnes, dispensante Episcopo, possunt dari eo-²⁰
dem die, & si consuetudo sit, simul cum Sub-²⁰
diaconatu. *Nav. c. 25. Henr. l. 10. c. 11. Vasq. Suar. 20*
Sa, V. Ordo, Lay l. 5. t. 9. c. 8. ²⁰

10. Locus, scilicet pro solenni collatione²⁰
Ecclesiæ; pro privata, sacellum. ²⁰

11. Ætas; in qua ordinariè Episcopus non²⁰
potest dispensare; & sic pro prima tonsura &²⁰
minoribus, requiritur saltem septennium²⁰
completum, licet *Quint. t. 6. f. 21.* contra *Sanch. 20*
&c. putet sufficere inchoatum; pro Acolytho²⁰
annus 12. completus, *Fill. t. 9. n. 28.* pro Subdia-²⁰
conatu vigesimus secundus; pro Diaconatu²⁰
vigesimus tertius; pro Sacerdotio vigesimus²⁰
quintus, omnes incepti; pro Episcopatu trige-²⁰
simus completus. v. *Bon. d. 8. q. 1. Fill. cap. 4. Lay. 20*
s. 6. & 7. Dia. p. 3. tr. 4. R. 192. Si autem dubium²⁰

»fit, an quis ætatem requisitam habeat, v g pro
 »Sacerdotio, an annum 25. ingressus sit, ordi-
 »nari non potest, *Sanch. Lay. Bardi d. 6. cap. 11. p.*
 »6. §. 2. v. *supra l. 1. t. 1. c. 2. dub. 3.* Peccat autem
 »tam ordinans quàm ordinatus, si ordinetur,
 »qui non habet qualitates requisitas.
 » *Quæres.* Quæ sint officia Ordinatorum;
 » *Resp. 1.* *Ostiarum* est claves templi servare,
 »aperire & claudere ejus januas; arcere eos,
 »quibus non licet interesse sacris; campanas
 »pulsare; quæ intra Ecclesiam sunt, custodire;
 »ei, qui prædicat, aperire librum. 2. *Lectoris* mu-
 »nus est, legere in ecclesia lectiones veteris &
 »novi testamenti; item docere catechumenos
 »rudimenta fidei Christianæ. 3. *Exorcistæ* mu-
 »nus est, manus imponere supra vexatos à spi-
 »ritibus immundis, ad illos adjurandos & eji-
 »ciendos; item ad exorcizandos catechume-
 »nos. 4. *Acolythi* munus est, præparare ampul-
 »las vini & aquæ ad Sacrificium Missæ & porri-
 »gere Subdiacono, ferre cereos ad idem Sacri-
 »ficium & illi ministrare, unde & *Ceroferrarius*
 »dicitur. 5. *Subdiaconi* munus est, immediatè
 »subordinari Diacono ad Sacrificium Missæ,
 »calicem & patenam illi tradere, urceolum
 »cum aqua præbere, aquam ad lavandas ma-
 »nus infundere, Epistolam ex officio & solen-
 »niter in Missa legere. 6. *Diaconi* munus est,
 »cantare solenniter Evangelium in Missa, mini-
 »strare immediatè Sacerdoti in omnibus, quæ
 »pertinent ad Missæ Sacrificium, vestire altaria,
 »cruce[m] ferre, & denique ex commissione Sa-
 »cerdotis prædicare & baptizare. 7. *Presbyteri*
 »munus est, offerre Sacrificium Missæ, absolve-
 »re à peccatis, baptizare, benedictiones aquæ
 »

& similes facere, populorum doctrinam & ex-
plo pascere. v. Escob. Exam. 8. iv. 7. s. 1.

A D D E N D A.

Quest. 324. Quid præterea sit notandum circa 2215.
requisita in ordinando. R. seqq. §. 1. Herma-
phroditus, in quo uterque sexus est æqualis, se-
cundum Sanch. De Matrim. l. 7. d. 106. n. 10. est
incapax Ordinum, quia æquæ est foemina quàm
vir, ergo congruum fuit, ut talem removeret
Christus, qui voluit foeminam non esse capa-
cem Ordinis.

§. 2. Multi, quos citat & sequitur Gob. tr. 8. 2216.
n. 429. dicunt probabile esse, quod Episcopus
possit dispensare cum illegitimo occulto,
quamvis id communiùs negent Suar. & alii.
Cum illegitimis notoriis ordinariè dispensat
solus Papa ad Ordines majores, Dignitatem
& Beneficium curatum: Episcopus verò aut
Capitulum Sede vacante quoad Minores & Be-
neficium simplex, Gob. n. 442. ubi n. 443. notat
dispensatum ad Ordines Minores non ideo
centeri dispensatum ad Beneficium simplex,
quia cum actualis dispensatio sit odiosa, non
debet extendi, secundum dicta l. 1. n. 622. ubi
plura addidi huc spectantia circa restrictionem
vel extensionem verborum in dispensationi-
bus ad Ordines. Et specialem hic quando peti-
tur dispensatio pro illegitimo, exprimi debet,
an sit natus ex utroque parente soluto, an ex
alterutro conjugato, vel constituto in Sacris,
alioqui dispensatio est nulla, Sanch. Castrop. Go-
bat n. 444.

§. 3. Quando dubitatur, an aliquis sit ille- 2217.

Xyyy 3

gitimus

gitimus an legitimus, reputari debet pro legitimo, uti cum e communi dixi l. 4. num. 754. ubi hoc extendi ad plures casus. Quid faciendum sit, si illegitimitas sit occulta & illegitimus publicè habeatur pro legitimo, dixi ibidem num. 755. Expositi etiam habentur legitimi, secundum ibi dicta n. 766. Item nati stante Matrimonio in se invalido sed publicè & bonâ fide contracto, licet postea declaretur fuisse nullum & fiat divortium, uti ibidem n. 753. est dictum, ideoque tales non indigent dispensatione. Plura de illegitimis & eorum legitimatione videri possunt ibidem à n. 750.

2218. §. 4. Nati in Germania hæreticis parentibus non sunt infames, unde conversi possunt sine dispensatione promoveri ad sacros Ordines, *Sa, Henriq. Sanch. Laym. Sayr. Gibal. Gob.* à n. 655. Potest etiam Episcopus eum admittere ad Ordines vel ad eorum exercitium, qui deformavit vel occidit aliquem, si illa deformatio vel homicidium non sit factum vel cum peccato mortali vel tanquam à publico Ministro justitiæ. *Covarr. Gomez, Vasq. Laym. Castrop. Turr. Hurt. Tann. Gob.* à num. 668. contra plerisque Canonistas & antiquiores Theologos. Ratio est, quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus in Jure clarè expressis, uti notant omnes communiter cum *Suar. De censuris d. 40. s. 5 & 6.* nullo autem Jure clarè exprimitur irregularitas ob aliud homicidium. Monent tamen rectè citati Authores attendendam esse loci consuetudinem & cavendum scandalum.

2219. §. 5. Energumenus est irregularis, adeoque ordinari non debet: attamen rectè notat *Less. in Aust. v. Ordines sacri. cas. 7.* non facile judi-

can.

candum aliquem esse talem, nisi manifestis signis certò constet: & si quis jam perfectè liber sit ab infidente dæmone, dicit cum *Laym. l. 1. t. 5. p. 5. c. 7. n. 3.* posse in ea irregularitate dispensare Prælatum regularem, cui hæc potestas in Ordine Fratrum Minorum competit, ac participat ab aliis. Addit sufficere implicitam dispensationem, v. g. si mittat ad Ordines, licet de ea re nihil cogitavit, ut dispensaret, nam aliàs peccasset mittens eum cum impedimento canonico, quod ipse poterat tollere. Addit semel sic dispensatum manere capacem Prælaturæ in Ordine vel extra, nec opus esse aliâ dispensatione.

§. 6. Circa conjugatum, notanda sunt seqq. 2220.

1. Cap. ult. De tempor. ordin. in 6. sic statuitur: *Nullus Episcopus vel quisvis alius clericalem presumat conferre Tonsuram conjugato, nisi volenti Religionem intrare, aut ad sacros Ordines promoveri, prout est sacris Canonibus definitum: Ecclesia enim non permittit, nec potest Episcopus dispensare in hoc, ut conjugatus fiat Clericus ad permanendum in Tonsura vel Minoribus.* 2. Cap. *Conjugatus De convers. conjug. statuitur, non licere conjugato absque uxoris licentia vel justo divortio ad sacros Ordines promoveri: quod Joan. XXII. in Extrav. Antiqua, De voto, extendit etiam ad illum, qui est in solo Matrimonio rato, quamvis hic possit ingredi Religionem, per quam dirimeretur illud Matrimonium: Et eum obligari ad ingrediendam Religionem, si in sciâ uxore sacrum Ordinem susceperit, docent S. Anton & alii, attamen alii melius negant eam obligationem.* 3. In eadem Extrav. statuitur, ut qui absque uxoris, quam

Yyyy 4

sciebat

sciebat vivere, licentia vel iusto divortio sa-
 crum Ordinem assumit, fit irregularis, nec pos-
 sit in Ordine suscepto ministrare, nec ulterio-
 rem Ordinem vel Beneficium vel Officium ec-
 clesiasticum suscipere, etiam si uxor moreretur
 vel postea consentiret. 4. Maritus ita ordinatus
 teneretur redire ad uxorem & reddere debi-
 tum, at tamen petere non posset. 5. Per Cap.
Conjugatus & Extrav. supra potest maritus de
 licentia uxoris ordinari Sacris, dummodo li-
 centia sit spontanea, id est, sine vi, metu, dolo,
 fraude, data, & quidem debet esse expressa, uti
 colligitur ex Cap. *Consuluit*. De convers. con-
 jug. id enim exigit rei gravitas, cum uxor spo-
 lietur usu juris certo quaesiti. 6. Cap. *Conjugatus*,
 dicitur, quod in hoc casu debeat etiam uxor
 continentiam profiteri: putantque *Hurtado, Dian.*
Pontius sufficere votum simplex manendo in
 saeculo, sed communior & probabilior senten-
 tia admittit hoc quidem de uxore sene, id est,
 saltem quinquagenaria, si tamen juvenis sit,
 dicit debere profiteri in Religione, sic enim
 statuitur in Jure, quando maritus fit Religiosus
 vel Episcopus. 7. Votum simplex, quod uxor
 manens in saeculo emitteret, esset impedimen-
 tum dirimens Matrimonium, quod etiam viro
 mortuo contraheret talis uxor, uti dicitur de
 Matrimonio. 8. Post factum iustum divortium
 potest maritus, etiam in scia & invita uxore non
 tantam Religionem ingredi, uti expressum est in
 Cap. *Agathosa* 17. q. 2. Cap. *Constitutus* & Cap.
Veniens, De convers. conjug. sed etiam sacros
 Ordines suscipere, uti docent *S. Anson, Sor Nav.*
Abb. Vasq. Sanch. Pont. & alii contra Inn. Hostien-
sem, Grass. & alios, quia uxor in casu iusti divortii
 perdit

perdit jus retinendi aut revocandi maritum , ergo hic fit liber, sicuti ad Religionem , ita etiam ad susceptionem Sacri Ordinis, quæ quoad hoc æquiparantur. 8. Jam dicta tenent, si divortium fiat ob delictum uxoris: si autem fiat peccante uxore ob delictum mariti, adhuc putant aliqui ista valere, sed alii melius limitant , si uxor rogata nolit redire , tum enim maritus plenè liberatur. Hæc omnia videri possunt fusiùs proposita & deducta apud *Aversam* q. 4. f. 9. & 10.

§. 7. Qui tale habet vitium corporis, ut fieri non possit Sacerdos, etiam non videtur fieri posse, v. g. Diaconus , quia in Jure canonico absolutè prohibetur , ne vitiati corpore adhibeantur ministeriis divinis: quod *Suar. De cens. d. 40. f. 2. n. 2. & f. 3. n. 25. Bonac. De Irreg. q. 1. pu. 4. n. 1. & alii* extendunt etiam ad susceptionem primæ Tonsuræ , quia finis Tonsuræ est aliquis Ordo , finis autem omnium Ordinum est Sacerdotium, ergo cessante hoc sine cessant media. Notant tamen rectè omnes cum *Laym. supra c. 1. n. 7.* tale vitium superveniens Ordinibus susceptis non impedire Ordinum exercitium, ad quod manetabilitas.

§. 8. Balbutiens ordinari potest, dummodo ita loqui possit, ut intelligatur , quamvis cum difficultate, *Pasq. De sacrif. q. 215. De graviter audiente sive surdastro, item de illo, qui privatus est lumine sinistri oculi, aliisque similibus defectibus, dicitur in l. 7. quando de irregularitate ex defectu.*

§. 9. Præter relatos à *Busenb. docent plures quàm 12. Authores apud Barb. ad Trid. sess. 24. c. 4. de Reform. non esse mortale suscipere*

Yyyy 5

Ton-

Tonsuram & Ordines sine prævia Confirmatione, & eam sententiam probabilem vocat *Jordanus* E contra præter *Bonac.* dicunt mortale esse *Tolet. Nugn. Castrop.* pu. 5. n. 7. *Avers.* q. 3. s. 8. Et quia ubi agitur de mortali contrahendo, non est afferenda obligatio, nisi certius constet, prima sententia videtur probabilior: Et ad permovendum ordinandum, ut Confirmationem prius suscipiat, satis est dicere, quod peccet venialiter, si negligat.

2224. §. 10. Ex dictis n. 2208. sequitur, statum gratiæ non prærequiri ante primam Tonsuram, cum non sit Sacramentum: attamen prærequiritur ante singulos quatuor Minores, quia sunt Sacramentum vivorum per se non conferens primam gratiam.

2225. §. 11. Præcipitur, ut Ordinans & ordinandus ante sacros Ordines sint jejuni, cum communicare debeant: non tamen præcipitur sub mortali ordinandis, ut communicent, nequidem Presbyteris, uti probabiliter putat *Gob.* à n. 358. quamvis de Presbyteris oppositum videatur probabilius, cum enim consecrare debeant, etiam videntur debere consummare Sacrificium per sumptionem. Ad Minores non requiritur jejunium, cum sæpe conferantur post prandium, *Gob.* n. 352. cum communi, qui addit n. 357. non esse ullam obligationem, ut Ordinaturus vel ordinandus pridie jejuset.

2226. §. 12. *Syn. Colon* anni 1662. De Sacram. Ordinis c. 4. §. 4. sic habet. *Serio mandamus omnibus ad sacros Ordines aspirantibus ut cantum Gregorianum seu choralem addiscant.* Qui tamen hoc non fecisset, posset sine peccato Ordines suscipere, cum praxis satis doceat sive interpretetur non esse strictè præceptum. §. 13.

§. 13. Apparatus ordinandorum, secundum Pontificale Romanum est hic. Quilibet tonsurandus habere debet suum superpellicium super brachium sinistrum & candelam in manu dextra. Ordinandi Minoribus sunt in superpelliceis cum candelis in manu. Subdiacōnandus debet indutus esse amictu, non tamen super caput, Albā & cingulo, habere manipulum in manu sinistra, tunicellam super brachio sinistro & candelam in manu dextra. Diaconandus amictu, Albā, cingulo & manipulo paratus, stolam in sinistra manu, candelam in dextra, dalmaticam super brachium sinistrum tenet. Presbyterandus amictu, Albā, cingulo, stolā & manipulo paratus, tenet planetam super brachium sinistrum complicatam, & in dextra candelam, insuper mappulam albam pro ligandis manibus.

Q. 325. Quid addendum sit circa intentionem requisitam in ordinando & Ordinante. R. §. 1. Ad valorem Ordinis in adulto requiritur voluntas saltem implicita recipiendi talem Ordinem, nec sufficit interpretativa, uti dictum est l. 6. p. 1. n. 173.

§. 2. Bann. Arrag. Led. Marchin. Pasq. & alii cum Barb. de Off. Episcopi alleg. 11. n. 12. putant peccari mortaliter, si prima Tonsura suscipiatur ideo tantum, ut subterfugiatu seculari re iudicium; quia Trid. sess. 23. c. 4 De Reform. prohibet talem initiari. Sed non peccari mortaliter docent Nav. Cōn. Sanch. Vivall. Laym. c. 7. n. 2. Castrop. pu. 8. n. 9. Gob. t. 8. n. 27. Delb. de Imm. eccl. c. 1. d. 6. quod Aversa. q. 4. f. 2. dicit esse certum, quia Trid. non utitur verbis preceptivis, & quamdiu quis vult servire Deo, potest

est

est gaudere juribus servorum Dei : hinc addit *Avers.* peccare tantum venialiter, si faciat cum positivo animo non perseverandi, & nullo modo peccare, si cum animo experiendi sive faciendi postea, quod ipsi magis expedire videbitur, & consentit *Castrop.* n. 8. Aliud est de ingrediente Novitium Religionis sine animo manendi, nam hic in re gravi decipit Superiores, qui merito inviti sunt ad illos sumptus & molestias, item ad patefacienda alicui secreta sui Ordinis.

2230. §. 3. Si quis dicat se metu gravi adactum suscepisse sacrum Ordinem, habuit intentionem suscipiendi, adeoque certum est Ordinem esse validum. An autem obligetur ad continentiam & Horas, retuli Authorum sententias n. 2163. Quod si dicat, se dubitare de intentione, hæc præsumitur adfuisse, quia sub mortali adesse debuit, nec delicta præsumuntur; ac præterea standum est pro valore actus, donec de invaliditate constet. De alio scrupulo circa intentionem, dixi n. 2203.

2231. §. 4. Pontificale Rom. habet Edictum, quo Ordinaturus sub pena excommunicationis præcipit, ne ullus habens impedimentum audeat suscipere Ordines. Quod si Episcopus ante Ordinationem dicat, se non habere intentionem ordinandi excommunicatos, irregulares, alienigenas, illegitimos, ferentes falsas literas, accedentes furtivè, id est, non verè examinatos & admissos ab Episcopo, sed per fraudem, v. g. sub alieno nomine se insinuantes, & teste *Gob.* n. 463. qui eodem die vellent suscipere duos Ordines, v. g. omnes Minores & Subdiaconatum &c. probabile est eum Episcopum adhuc habe-

re intentionem sufficientem ordinandi tales, quia Episcopus ordinans semper censetur retinere practicam & absolutam intentionem ordinandi hominem presentem, neque appositio contrariæ conditionis solet fieri ab Ecclesia, ad quam non spectat punire in foro externo peccata occulta, ideoque si Episcopus talem conditionem apponeret, docent *Lug. Dicast. Lez. Escob. l. 23. probl. 36. Steph. t. 5. d. 7. n. 17. Gob. n. 316.* & pluribus iterum à n. 704. fore peccatum, saltem ob datam occasionem gravium damnorum apud proximum, si tales invalidè essent ordinati: hinc dicunt Authores illi censendos esse per illa verba tantum velle deterrere, & significare, se nolle, id est, non optare, ut tales accedant ad Ordinationem, sed optare ut emanent; quod inde colligit *Escob.* quia statim post, absolvunt ab ejusmodi impedimentis, si fortè adsint. In dubio autem, an Episcopus revera fortè noluerit ordinare tales, *Gob. n. 317.* dicit præsumi debere, quod ordinare voluerit, quia delicta non præsumuntur, & dubia interpretanda sunt in meliorem partem, *Lugo apud Dian. p. 5. t. 13. R. 66.* dicit interrogari debere Episcopum, si commodè fieri possit.

Q. 326. Quid addendum sit circa litteras dimissoriales. R. Vox, dimissoriales sive dimissoriae variè sumitur, & sæpe confunditur cum voce, testimoniales, uti notat Leurenus De Vicario Episc. q. 656. Sed hic per dimissoriales intelligimus litteras, quibus datur facultas accipiendi Tonsuram vel Ordinem ab alieno Episcopo: & quandoque etiam vocantur *Formatae* vel *Reverende*: de illis notanda sunt seqq.

§. 1.

2233.

§. 1. Ille potest tibi dare dimissoriales, qui potestate ordinariâ te posset ordinare, unde quia, secundum Cap. *Cum nullus*, De temp. ordin. in 6. & dicta à n. 2166. ordinare te possit Episcopus originis, domicili vel Beneficii, etiam à singulis illis Episcopis accipere potes dimissoriales, *Nav. Ricc. Barb. Gob. t. 8. n. 568.* qui addit Episcopum originis tui patris hic censeri tuum Episcopum, maximè cum apud patrem habeas domicilium, quod etiam dixi l. 4. n. 323. & tenet communis cum *Delb. De imm. ec. cl. c. 12. dub. 7. f. 7. n. 3. & 14.* Et possunt dimissoriales dari ab Episcopo in possessione constituto quamvis necdum consecrato, quia eas dare est actus non Ordinis sed jurisdictionis, *Avers. q. 3. f. 7.* Quod *Gob.* in append. ad n. 571. & alii dicunt de Episcopo in concordia electo, & nondum confirmato, in locis ab Italia distans, id est, tam multum remotis à finibus Italiae, quantum ab iisdem finibus distat Roma. Rectè tamen addit *Aversa* non posse ab Archi-Episcopo dimissorias dari subditis Suffraganeorum, nam secundum dicta n. 2179. etiam illos ordinare non potest. Docent præterea *Avers* & alii posse ab Episcopo etiam dari suo familiari, de quo dictum est n. 2174. 2187. & consentit *Delb.* n. 26. si dimittat ad titulum pensionis alicujus vel patrimonii, quia ratione familiaritatis habet sufficientem subjectionem. An Nuncius Apostolicus possit dimittere omnes subditos suæ provinciae, colligetur ex dicendis n. 2264.

2234.

§. 2. Vicarius Generalis in spiritualibus non potest dare dimissoriales, nisi Episcopo specialiter id concedente aut in remotis agente, Cap. *Cum nullus* supra, & habet communissima cum *Avers.*

Avers. & Leur. q. 170. ac speciarim pro hac Archid. diocesi Coloniensi ita statuitur in synodo anni 1662. de Sacram. Ordinis c. 1. §. 4. & 5. unde multò minùs dimittere possunt Archidiaconi aliique Prælati ecclesiastici Episcopo inferiores, Az. Laym. Fagn. Leur. suprà.

§. 3. De Abbatibus, qui habent subditos *sæ* 2235.
*culares, ita statuit Trid. sess. 23. c. 10. de Reform. Nec ipsi Abbates nec alii exempti aut collegiæ vel Capitula quæcunque, etiam ecclesiarum cathedralium, litteras dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant, sed horum omnium ordinatio . . . ad Episcopos, intra quorum Diocesis fines existant, pertineat, non obstantibus quibusvis privilegiis, præscriptionibus aut consuetudinibus etiam immemorialibus. Et n. 2190. retuli Decretum, quo Abbates vetantur tales sæculares sibi subditos etiam solâ Tonsurâ vel Minoribus ordinare. Hoc non obstante docent aliqui cum Gratiano in discip. forens. tom. 2. c. 212. hoc decreto non comprehendi Abbates habentes jurisdictionem quasi episcopalem, putant enim hos adhuc posse dimittere illos sæculares subditos suos. Sed oppositum tenendum est cum Fagnano in Cap. significasti De off. Archidiacon. Pignatelli tom. 10. consult. 158. & aliis communissimè, quia Textus Trid. nimis clarè id prohibet. Ad summum, inquit *Avers.*, dici potest, quòd hæc prohibitio non intelligatur de illis Abbatibus, qui non existunt intra fines alicujus Diocesis, sed ipsimet habent propriam Diocesim & omnem jurisdictionem episcopalem, uti notavit *Molfes.* afferens S. Congreg. declarationem, & *Marchin.* afferens etiam quandam Rotæ decisionem. Putat etiam *Avers.* Abbates posse alios
 ad*

ad se dimissos cum licentia Episcopi dicecesani ordinare Tonsurá & Minoribus, pro quo affert declarationem aliquam, sed videtur ob stare Decretum n. 2190 relatum.

2236. §. 4. Abbates & alii Superiores Regularium possunt per *Trid.* teste *Fagn. & Leur.* q. 656. n. 3. dare dimissorias suis subditis Regularibus. Nec dubium est quoad Tonsuram & Minores, si possint eos Ordines conferre suis, qui enim potest ordinare, potest dimittere, secundum regulam communem, *Pignat. supra.* Tamen *Syn. Colon.* anni 1662. cap. 1. §. 7. *Præsec.* in praxi episc. p. 1. c. 1. n. 14. *Barb. De Off. Episcop.* alleg. 7. n. 18. referunt hoc decretum valde limitans eam potestatem.

De mandato S. D. N. Clementis divinâ providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus & singulis quorumcunque Regularium Superioribus, ut de cætero observent & observari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis.

Sacræ Congregatio Concilii censuit, Superiores Regulares posse suo subdito itidem regulari, qui prædictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Dicecesanum, nempe illius Monasterii, in cujus familia, ab eis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit: & si Dicecesanus absuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines consulerit, examinentur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Dicecesanus vel absuturus vel nullus habiturus esset Ordinationes vel sedes Episcopalis vacaret. Verum cum à Superioribus Regularibus

vibus Episcopo Diocesano absente vel ordinationes non habente, literæ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiae Diocesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse. Quòd si Regulares ordinandi morentur in Monasterio nullius Diocesis, hujusmodi dimissorias concedendas esse per Episcopum viciniorem, in eoque procedere omnia, quæ de Episcopo Diocesano superius præscripta sunt. Quod qui non fecerint, officii & dignitatis seu administrationis, ac vocis activæ & passivæ privationis, ac aliàs arbitrio ejusdem S. D. N. Pape reservatas pœnas incurrant In quorum, &c. Datum Romæ die 15. Martii 1596.

Delb. suprâ l. 8. postquam retulit illud decretum, subdit: Ad quod decretum accessit postea mense Decembri 1619. talis declaratio Cong. Trid. Si Regulares ordinandi morentur in Monasterio nullius Diocesis, hujusmodi dimissoriæ concedendæ sunt ad Episcopum viciniorem, in eoque procedunt omnia, quæ de Episcopo Diocesano in dicto decreto dicta sunt.

His non obstantibus docent Sanch in conf. l. 7. c. 1. dub. 20. n. 44. Laym. l. 5. t. 9. c. 9. num. 9. Castrop t. 27. p. 14. n. 8. Gob. à n. 406. Superiores Ordinum religiosorum exemptorum posse dare dimissorias, etiam pro sacris Ordinibus, suis subditis ad quemcunque Episcopum. Et quæ ibi decernuntur à sacra Congreg. putant tenere ad summum de Regularibus Ordinario subiectis, si absit privilegium vel alia consuetudo, hi enim ordinari debent vel dimitti ab Episcopo, uti habent relata Decreta & fatetur Sanch n. 45. Nec obstare putant, quòd in præfatione hujus Decreti dicatur, quorumcunque Regularium, & Syn. Colon. dicat etiam exemptis illud

esse observandum, nam intelligunt, secluso privilegio & consuetudine, testantur autem Authores apud *Laym.* & *Gob.* esse privilegium pro exemptis, & *Sanch.* dicit talem esse praxin omnium Religiosorum: *Avers.* supra rectè concludit standum esse Decretis illis, nisi constet de privilegio vel contraria consuetudine, quæ præscripserit. Privilegium pro Societate JESU retuli n. 2194.

2237. §. 5. A quo ordinari possit vel debeat Novitius Ordinis religiosi, dixi à n. 2194. Cum autem Novitius, secundum dicta n. 2199. non sit subiectus Prælato, nisi in illis, quæ spectant ad probationem, nequidem licentia Prælati de rigore requiritur, ut Novitius ordinetur, *Barb.* supra num. 32. Nec Prælatus, per se loquendo, potest eum dimittere ad alienum Episcopum, *Delb.* n. 6. nisi Religio habeat privilegium suos dimittendi ad quemcunque, tum enim putant *Sanch.* in Decal. l. 6. c. 10. n. 22. *Barb.* *Avers.* supra, privilegio isto gaudere etiam Novitium, nam secundum multos cum *Sanch.* ibidem l. 4. c. 39. n. 17. Novitii gaudent privilegiis Religionis, quod probabile esse dixi l. 4. n. 65. & pro Societate JESU certum est ex novo comp. privil. v. *Communicatio* §. 5. ac speciatim Novitium Societatis, si secundum dicta n. 2197. habeat alia requisita, posse sicuti professum ex licentia Superiorum ordinari. docent *Suar.* *Sanch.* *Castrop.* t. 16. d. 1. punct. 11. n. 8. In casu autem, quo Prælatus vel Superior non posset dare dimissorias Novitio, *Sanch.* & alii cum *Delb.* num. 7. dicunt eas peti posse ab Episcopo loci, in quo est Monasterium, *Suar.* & alii cum *Barb.* n. 33. putant petendas ab Episcopo originis: ac pender ab

eo, an Novitius acquirat domicilium in loco Novitiatûs, de quo dixi n. 2199.

§. 6. Dimissoriales debent reipsa haberi, ut 2238. quis ordinari possit ab Episcopo non suo, ut patet ex dictis à n. 2166. Putant quidem *Alloza* v. *Ordo*. n. 35. & alii, quos referunt *Avers.* suprâ, & *Sanch.* in *Conf.* l. 7. c. 1. dub. 20 n. 12. sufficere ratihabitionem prudenter præsumptam, quòd Episcopus proprius sit futurus contentus: sed meritò contradicunt *Turr. Bonac. Ricc. Avers. Sanch.* suprâ n. 13. & dub. 28. n. 2. quia sic daretur ansa Episcopis, ut hoc quæsito colore alienos promoverent ad Ordines, unde innumera damna & confusiones orientur. Putarunt tamen quatuor Doctores à me consulti, si Ordinarius bonâ fide quæsitus reperiri non valeat, aut nequidem ad eum scribi possit, sufficere præsumptam ratihabitionē pro Tonsura.

§. 7. Dixi l. 6. p. 1. n. 392. Episcopum posse 2239. confirmare illum, qui ex aliena Diocesi affert dimissoriales ad Tonsuram: Imò dimissus pro Subdiaconatu videtur etiam dimissus esse ad quatuor Minores, si hos non habeat, & per oblivionem vel incuriam non petierit hoc inseri, uti censuerunt tres Doctores mecum, & ita etiam sentire videtur *Rebus.* in *praxi* benef. de formula dimissoriarum pag. 13. n. 5. ubi ait, formula dicit, etiam sacros Ordines, quia concedendo recipi Minores, vel Ordines tantum non intelligeretur concedere de majoribus, c. 1. De temp. ordin. ideo oportet & sacros exprimere. . . . nam cui conceditur minus, non conceditur majus, per regulam Juris, sed è contrario. Quòd si dimissoriales habeant, ad omnes etiam majores Ordines, hoc ipso dimissus est etiam ad Presbyterium, quamvis non adda-

Zzzz 2

tur,

tur, Gob. in app. ad n. 590. Expedi tamen semper exprimi, ad quos Ordines aliquis dimittatur quia dimissus ad Ordines absolute non censetur dimissus ad Ordines sacros, *Rebus. supra & alii cum Sanch. dub. 20. n. 9.*

2240. §. 8. *Silv. Ang. Henric. Arm.* aliique cum Gob. putant, si Episcopus det dimissoriales ad alium Episcopum, hoc ipso dare huic Episcopo licentiam dispensandi in quocunque impedimento Ordinum, quia *concesso uno videtur concedi id, sine quo illud concessum non potest consistere*, ut habetur in Jure, quod verum esse dicit Gob. n. 575. quamvis in dimissoriis adderetur hæc clausula, *si tamen aliàs nullum tibi obsistat impedimentum canonicum*, per hoc enim putat non arctari potestatem Ordinantis, sed indicari mentem dimittentis esse, non facere gratiam indigno aut canonicè inhabili. Sed rectè contradicunt *Nap. Sanch. dub. 27. n. 2. & De Matrim. l. 8. d. 1. n. 25. Castrop. De cens. d. 4. pu. 7. n. 21. Dian. p. 8. t. 2. R. 35.* tum quia privilegium non extenditur ultra casum expressum, tum etiam quia à separatis non fit illatio, potestas autem ordinandi & dispensandi in impedimentis, sunt disparata, unde Regula illa Juris, *Concesso uno &c.* tum tantùm habet locum quando concessum habet alterum necessariò connexum, quod hic non est, quia potestas ordinandi potest stare sine potestate dispensandi.

2241. §. 9. Dimissus à tuo Episcopo Colonienfi ad Moguntinum, peccas, si facias te ordinari à Trevirenfi, quando tuus ex speciali causa te dimiserat ad Moguntinum, ita ut noluisse te dimittere ad alium: si autem non habuit specialem causam, sed ideo dimisit ad Moguntinum,

num, quia hic erat vicinior, aut quia tu petivisti, licitè accedis Trevirensē vel quemcunque alium, quia in gratiam tuā erat designatus Moguntinus, quod autem ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum, Reg. 61. Juris in 6., *Quintanadv. Gob. n. 599.* Et hoc confirmatur ex doctrina, quam tradit Gob. in Exp. t. 5. in append. 5. post n. 650 litt. i. & k. his ferme verbis: Statuens aliquid censetur tacitè statuisse id, quod statuisset, si interrogatus fuisset *Glos. in L. Tale pactum §. fin. ff. De pactis.* Quod *Baldus ad cit. legem appellat multum bonum notabile: & Gabriellus cum aliis applicat Rescriptis gratiosis Principum*, nam per gratiosam concessionem sufficienter declaratur permissio in tali gratia faciendi substitutionem accidentalem, si absit præjudicium tertii, valet enim, quod ait *Præteus de Reg. Juris l. 4. c. 7. in contractibus lata sit interpretatio, in testamentis latior, in Rescriptis (gratiæ) latissima.*

§. 10. Si Papa dedit facultatem, ut *Cajus 2242.* ordinetur extra tempora; à suo Ordinario tantum, potest, cum dimissoriis sui, ordinari ab alio, nam idem est ordinari à suo Episcopo & ab alio de ejus licentia: unde quòd additum sit, tantum à suo, ideo erat, ne proprio Episcopo vel Tridentino præjudicaretur, quod non fit, si habeat à suo licentiam, *Nav. Sanch. dub. 25. n. 2. Gob. n. 570.*

§. 11. *Trid. sess. 7. c. 11. De Ref. loquens de 2243.* dimissorialibus ait: *Facultates de promovendo à quocumque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possint, in litteris exprimendam.* Praxis autem habet, quòd hæc causa censeatur sufficiens, quia

ordinandus est jam alibi, aut ei specialiter incommodum foret ad Diocesim suam accedere.

2244. §. 12. Quamvis dimittens possit committere examen tituli illi, ad quem dimittit pro Subdiaconatu, tamen si ordinatus non fuerit sufficienter provisus quoad istum titulum, Cap. Si Episcopus, De Præbendis in 6. ita statuitur: Si Episcopus, cui nullis personis expressis in genere commisit, ut vice tuâ Ordines in tua Diocesi celebraret, ad Sacros Ordines promoverit quempiam titulum non habentem, ei (cum in culpa fuerit taliter ordinando eundem) tenebitur vitæ necessaria ministrare, donec sibi per eum vel alium de competenti Beneficio sit provisum: si verò certas commisit eidem ordinare personas, tu (qui prævidere hoc casu, an haberent titulum, debuisti) taliter ordinato ad prædicta, donec per te beneficiatus fuerit, obligatus existis. Eis autem, quibus à Diocesis datur licentia, ut possint, à quo voluerint Episcopo ad omnes sacros Ordines promoveri, non qui ordinant sed qui tribuunt licentiam [cum tam dare non debeant titulum non habenti] ad præmissa, si titulum non habeant obligantur. Excipit tamen Gob. tr. 8. n. 609. nisi parentes possint alere ordinatum vel hic aliunde habeat, quo se aliat: Item, nisi factum sit sine ulla culpa dimittentis, nam ubi nulla est culpa, non videtur subeunda pœna, Sanch. Diana, Gob. n. 603. Aversa q. 3. f. 10. §. Uno.

2245. §. 13. Quamvis dimissoria expriment dimissum esse examinatum & approbatum, potest tamen Ordinaturus eundem adhuc vocare ad examen, uti ex Trid. & declarationibus S. Congreg probant Bonac. Barb. Jordan. Gob. n. 580.

2246. §. 14. Si dimissoriales habeant, à quovis Episcopo in propria Diocesi residente seu ordinante, Gurr.

Ro-

Rodriq. Sanch. dub 20. n. 8. dicunt non posse ordinari ab Episcopo cum licentia in aliena Diœcesi ordinante, quia facultas videtur esse restricta ad ordinantem in propria Diœcesi *Led Diana* & alii contradicunt, quibus videtur adhærere *Aversa* suprâ, quia tantum intenditur, ne absque licentia fiat in aliena Diœcesi: & quod fit ex mandato vel licentia residentis censetur fieri à residente, hinc *Trid. sess. 7. c. 11. De Ref.* ait, *Non ordinentur nisi ab Episcopo in sua Diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente.*

§. 15. Dimissoriæ datæ ab Episcopo vel à Vicario Capituli Sede vacante, non expirant, licet per mortem vel casum cesserit officium dimittentis, quia sunt gratia, quæ non expirat morte concedentis, *Nav. Gutt. Gonz ad Reg. 8. Cancell. gl. 12. n. 36. Rebuff. Henriq. Fill t. 9. nu. 102. Piasec. p. 1. c. 1. n. 14. Barb. alleg. 7. à n. 23. Engel l. 1. tit. 11. num. 38. Cabassut. in theor. & praxi Juris Canon. l. 1. c. 14. n. 7.* Excipe, nisi ille, qui concessit, vel ejus successor verbis claris & expressis revocet: in dubio autem, an revocatae sint necne, præsumuntur non revocatae, quia mutatio vel correctio talis est odiosa: Unde si Episcopus dedit Titio dimissorias, & postea curet ipsi dici, ne se faciat ordinari ab alio, non ideo revocat, sed tantum indicat non esse necesse ut privilegio concessio utatur, sed se velle ordinare, si velit: nihilominus si adeat alium, rectè ordinatur, uti notant *Nav. alique cum Gob n 587. 591.*

§. 16. Qui ab alieno sine dimissoriis suscipit Ordinem sacrum, peccat graviter & manet suspensus: potest tamen proprius Episcopus postea ratam habere talem Ordinationem, uti

Zzzz 4

contra

contra alios probabiliter tenent *Gl. Decius & alii cum Less.* De just. l. 2. c. 34. n. 93. Quod si quis sic tonsuretur vel Minoribus ordinetur, non gaudet privilegio clericali, *Rebuff. & alii cum Sanch.* dub. 20. n. 15. Nec est capax Beneficii aut aliorum Ordinum, uti tenent plures apud *Sanch.* dub. 28. n. 3. cum *Lessio* nu. 94. & *Delb.* supra dub. 7. f. 9. quamvis ipse *Sanch.* n. 6. probabiliter dicat esse capacem eorum, cum propriè non sit suspensus, nec illa incapacitas inveniatur in Jure statuta: in hoc conveniunt *Sanch. Delb. & alii* contra *Rebuff.* posse Tonsuram & Ordines sic collatos ratificari à proprio Episcopo remittente injuriam sibi factam, & volente ita valere, ac si à seipso factum fuisset, atque sic ordinatum restituendum in omnibus. Plura de pœnis tam Ordinantis alienum sine dimissoriis quàm sic ordinati, videri possunt apud *Barb.* De Off. Ep. alleg. 8. totâ.

2249. §. 17. Quamvis *Trid.* sess. 21. c. 1. De Ref. gravissimè prohibeat aliquid dari vel accipi pro dimissoriis, sigillo &c. tamen videmus id non observari in Germania, ubi etiam exigitur certa pecunia, *Gob* n. 590. & alii.

2250. Q. 327. An, ut quis ordinari possit, etiam necessaria sint litteræ testimoniales seu commendatitiæ. *Bz.* §. 1. *Trident.* sess. 23. c. 5. De Ref. sic statuit: Ad minores Ordines promovendi bonum à Parocho & à Magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi verò, qui ad singulos Majores erunt assumendi, per mensem ante Ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus &

vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentem ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat. Et c. 8. Si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis generalis aut specialis rescripti vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi ejus probitas ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur: si secus fiat, Ordinans à collatione Ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

§. 2. Maximè convenit, ut Episcopus originis testetur de natalibus & ætate, Episcopus autem domicilii, si sit diversus, de moribus & vita, illi enim optimè ista rescire possunt: Et quamvis in rigore secundùm verba, Constitutio *Inn. XII.* à n. 2166. relata videatur requirere ut singuli de omnibus illis testentur, tamen si Episcopus solius originis nil dicat de moribus & vita, è contrà si Episcopus solius domicilii nil dicat de natalibus & ætate, videntur ideo de illis tacere, quòd nesciant, ideoque remittat unus ad testimonium alterius, qui id sciat: hinc *Gallem. ad Trid. c. 8.* suprà refert hanc declarationem: Censuit Congregatio in casu, quo aliquis fuerit absens per plures annos ab Ordinario, ita ut illum commendare de vita & moribus non possit, sufficere litteras dimissorias Ordinarii, quæ continebunt, quòd ordinandus non sit excommunicatus vel contumax, sed de legitimis progenitis parentibus: informatio verò de vita & moribus habenda est ex loco, in quo fuit versatus: Et hoc est conforme Constitutioni relatz n. 2170. 2173.

§. 3. Si neuter Episcopus testatus sit v. g. de ætate, ordinandus autem afferat testimoniales

de ætate ex libro baptismali à Parocho scriptas, dubitarum est. an hoc sufficeret: Negarunt aliqui quia Constitutio *Inn. XII.* requirit testimonium de ætate dandum determinatè ab Episcopo, nec sufficit aliunde haberi certitudinem, alioquin si Ordinans sit certus, v. g. de moribus Titii, quia ipsi cohabitavit satis diu, ordinare posset sine testimonialibus ullius alterius Episcopi. Et ratio potest esse, quia quamvis in hoc casu particulari videatur cessare finis legis, qui est certitudo de ætate & reliquis, non ideo cessat lex illa, secundùm dicta l. 1. à n. 863. quia nempe re ipsa manet finis legis, qui est evitare fraudes, quæ communiter evenirent, si sufficeret quævis certitudo ex testimonio cujuscumque alterius, qui non esset Episcopus originis aut domicilii. E contrà alii duo aut tres Doctores, quos interrogavi, putârunt sufficere, quia si ita semper haberetur certitudo, nunquam esset periculum fraudis: & quamvis hoc testati non sint Episcopi, præsumitur omissum, quòd nescirent, sicque remitterent ad certitudinem aliunde accipiendam.

2253. §. 4. Si quis afferat dimissorias ab Episcopo originis suæ, non indiget testimonialibus, quas Constitutio *Inn. XII.* n. 2167. requirit, nam tantùm loquitur de illo, qui in aliena Diocesi ordinatur ratione ac titulo Beneficii in hac aliena Diocesi obtenti, & hunc dicit egere testimonialibus Episcopi originis, non autem loquitur de illo, qui ordinatur ratione & ex vi dimissoriarum ab Episcopi originis allatarum, Constitutio autem restrictiva Juris communis non debet extendi ad casum non expressum. Et ratio est, quia si Episcopus originis dimittat, cen-

set

set aptum, qui ordinetur. ergo sufficienter attestatur de natalibus, ætate, moribus & vita, non item, si ab eo non dimittatur, sed purè ratione Beneficii fiat subditus Ordinanti, qui ordinariè non ita potest rescire de illis qualitatibus. Atque ita senserunt etiam Doctores ac Professores nostri Colonix & Monast. Westph.

§. 5. Constitutio n. 2167. tantùm habet, 2254.
quòd Clericus à proprio Episcopo initiatus Tonsurâ vel Minoribus non possit ab alio Episcopo titulo Beneficii in hujus Diocesi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, nisi exhibuerit testimoniales Episcopi originis & domicili. Unde si quis non fuisset à proprio Episcopo initiatus Tonsurâ vel Minoribus sed vellet his initiari titulo Beneficii alibi obtenti, judicârunt plures Doctores, quantùm est ex vi istorum verborum dictæ Constitutionis, non teneri exhibere testimoniales istorum aliorum Episcoporum, quia verba extendi non debent ultra casum expressum: attamen non est negandum aliunde esse obligationem testimoniales sufficientes exhibendi.

§. 6. Pro Regularibus dat testimoniales, 2255.
non Episcopus sed Superior regularis, Barb. De Off. Episc. alleg. 7. n. 31. cujus ratio etiam valet respectu Novitii, si hic ordinari deberet, nam etiam de aptitudine, vita & moribus Novitii meliùs rescit Superior regularis quàm Episcopus.

§. 7. Si Titius, certus se antehac esse tonsuratum, testimonium amiserit, nec reperiatur catalogus Suffraganei, à quo tonsus est, sufficiet, si id juret, ut admitti possit ad Ordines, quia ubi non potest haberi probatio plena, ad-
mitti

mitti potest illa privilegiata. Si tamen Capitulum, à quo deberet v g investiri, sed prius ostenso testimonio Tonsuræ, nollet ista probatione acquiescere, cogi non posset, quia potest secundum statuta postulare probationem plenam & juridicam, unde deberet Titius attribuere casui & infortunio, quod pergere non posset: ita iudicavi cum tribus aliis Doctoribus. Et scio aliquem isto modo exclusum esse à Præbenda cathedrali, ad quem præsentatus erat.

2257. Q. 328. Quid Sede vacante fieri possit circa Ordinationem, dimissoriales & testimoniales. R. § 1. Olim poterat Capitulum Sede vacante dare licentiam ordinandi etiam suos quamvis non arctatos, per Cap. Cum nullus De tempor. Ordin. in 6. Sed nunc Trident. sess. 7. c. 10. De Ref. sic statuit. Non liceat Capitulis ecclesiarum Sede vacante intra annum à die vacationis, ordinandi licentiam aut litteras dimissorias seu Reverendas, ut aliqui vocant, tam ex Juris communis dispositione quam etiam cujusvis privilegii aut consuetudinis vigore, alicui, qui Beneficium ecclesiasticum recepti sive recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere: si secus fiat, Capitulum contraveniens ecclesiastico subjaceat interdicto, & sic ordinari, si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant: in Majoribus vero, ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sint ipso jure suspensi. Idem repetit sess. 23. c. 10. De Ref. ubi addit, concedentes autem dimissorias contra formam Decreti, ab Officio & Beneficio per annum sint ipso jure suspensi. Et Gallem. in declarationibus n. 6. dicit esse extensum ad Capitulum exemptum habens immemoriam possessionem contrariam. Penam tamen initiati Minoribus, ut non

gaudeat privilegio clericali, putat *Sanch.* in Conf. l. 7. c. 1. dub. 28. n. 8. esse tantum ferendae sententiae.

Non obstante illo Decreto *Tridentini*, dicit *Barbosa* De Jure eccles. l. 1. c. 32. n. 89. Capitulum Sede vacante posse concedere licentiam Episcopo extero, & multo magis Episcopo Nullateni apud se Suffraganeo, exercendi Pontificalia in ecclesia vacante: citatque pro hoc *Henriq. Quarantam*, *Garciam De Benef.* p. 5. c. 7. n. 93. qui refert hanc declarationem S. Congregationis: Capitulum Sede vacante potest concedere etiam licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum ecclesia & Ordines conferendi tam Clericis illius Dioecesis quam exteris habentibus dimissorias suorum Episcoporum: juxta tamen formam hujus Decreti. Et ob hanc declarationem *Diana* p. 8. t. 4. R. 41. sic habet, Etsi Capitulum Sede vacante vel ejus Vicarius non possit intra annum subditis suis dimissorias concedere, poterit tamen intra eundem annum per alium Episcopum Pontificalia exercentem ordinare Dioecesanos suos. Videtur etiam favere *Nav. Confil.* 44. De tempor. Ordin. Idem videtur tenere *Sanch.* dub. 26. Id autem posse Capitulum Sede vacante, tenent absolute *Quintanadv.* tr. 6. fingul. 6. & *Leuren.* in Vicario q. 466, & 509. Ratio potest esse, quia licet Episcopus Suffraganeus non habeat propriam Dioecesim in actu, tamen illa Dioecesis, in qua est Suffraganeus, est aliquo modo sua, eo quod in ea institutus sit ad Pontificalia exercenda, uti notant *Themudo* apud *Dianam* p. 8. t. 4. R. 72. & alii. Sed oppositum videtur absolute esse tenendum ob clara verba *Tridentini* supra.

Respon.

Respondent Sanch. n. 2. Themudo apud Dian. Quintanadv & Leur. suprà, Tò ordinandi licentiam, sumi passivè, ita ut sensus sit, non liceat Capitulo concedere alicui licentiam, ut ordinetur extra illam Dioccesin, ita ut ordinandi licentia & dimissoria, uti & Reverendæ, pro eodem sumantur. Contrà est 1. quia explicatio illa est contra clara verba: nec credibile est in Trid., in quo fuerunt tot doctissimi viri, etiam optimi Grammatici, neminem futurum fuisse, qui admoneret de sensu passivo, si hunc intendissent, exprimendo per solas has voces, ut ordinentur, licentiam, ergo cum posuerint gerundium activum ordinandi, quod nulli verbo passivo convenit, standum est sensu proprio & Grammaticali, nec ab eo in Decretis vel legibus recedendum est, nisi cogat gravissima auctoritas vel ratio. 2. Trid. dicit, ordinandi licentiam aut litteras dimissorias concedere, ergo ista duo non sumit pro eodem, quia aut est particula disjunctiva: & si pro eodem sumpsisset, dixisset, sive litteras dimissorias, uti dixit, dimissorias seu Reverendas, quia hæc sumebat pro eodem: Hinc Barbosa De dictionibus ait, aut est dictio disjunctiva propriè, ac disjunctivè regulariter sumitur: quamvis autem notet aliquando sumi pro sive, tamen addit, principalius est adversativa, & ponitur inter diversa.

Et planè illum esse sensum Tridentini, adeoque Capitulo Sede vacante non licere primo anno, etiam per talem Suffraganeum ordinare subditos suos non arctatos, docent absolute Pax-ford. l. 3. tit. 6. n. 152. Piasec. p. 1. c. 1. n. 12. Aversa q. 3. l. 7. Dicast. hic n. 237. Gavantus in Manuali Episc. v. Capitulum Sede vacante in addit.

n. 20. *Engel.* l. 1. tit. 11. n. 36. *Gobat* tr. 8 n. 206. qui n. 275. refert Nuntium Apostolicum Lucernensem suspendisse Capitulum Constantiense, quia Sede vacante dederat Suffraganeo licentiam sic ordinandi: & infinitum esset referre omnes Auctores, qui idem tenent.

Citati autem in contrarium non tenent oppositam sententiam: *Barbosa* l. c. tantum dicit in genere, posse exercere Pontificalia: non autem posse ordinare diocesanos non arctatos, clarè docet *De Off. Episc.* alleg. 7. n. 17. & in *Trident.* sess. 7. c. 10. *De Ref.* unde certò stat pro sententia nostra. *Nec obstat*, quòd l. c. *De Jure eccles.* n. 124. Item *De Canon. & Dignit.* c. 24. n. 124. dicat, poterit insuper idem Capitulum præfato anno durante concedere Episcopo extero exercitiũ Pontificalium & Ordinationem propriorum subditorum vacantis Sedis: nam manifestum est esse errorem typographi, & utroque loco omitti hæc verba, non tamen vacantis Sedis, utroque enim loco in summario capituli ad n. 124. expressè habet, & Ordinationem propriorum subditorum, non tamen subditorum vacantis Sedis: Et de *Jure ecclesiast.* post relatos Auctores statim subdit, quia quoad subditos vacantis Sedis, non nisi post elapsum annum: Et similiter in *Indice* utriusque operis ad numeros relatos eodem modo dicit, & Ordinationem propriorum subditorum, non tamen vacantis Sedis. *Henriq.* l. c. tantum dicit Vicarium Sede Apostolicã (non autem Episcopali) vacante posse concedere dimissorias, quod etiam dicam n. 2263. *Quaranta* apud *Sanch.* n. 3. expressè dicit Sede vacante non posse ordinari subditos ipsius capituli. *Garcias* & declaratio apud illum expressè habet

in

in fine, juxta tamen formam hujus decreti, nempe Tridentini supra, ubi tantum conceditur de subditis Sedis vacantis, si sint arctati. Et cum ista declaratione nitatur *Diana*, etiam ipse plus non vult, quam arctatos posse ordinari. *Nav.* tantum loquitur de tempore post annum vacationis. *Sanch.* tantum loquitur de subdito Sedis vacantis, si à suo Episcopo defuncto vel à Papa vel à Nuntio Apostolico habeat dimissorias ad quemcunque Episcopum: hinc rectè dicit *Gob.* n. 266. quod illi, quos pro se citat *Quintanadv.*, non faveant ipsi. Nec ratio adducta persuadet, jurisdictio enim Suffraganei est delegata ab Episcopo vel à Capitulo committente.

2258. §. 2. Arctati ratione Beneficii recipiendi vel recepti possunt etiam primo anno Sedis vacantis ordinari, uti constat ex dictis. Docent autem *Ricc. Ugol. Barb.* in Collect. ad *Trid.* supra n. 17. *Garcias* p. 5. c. 7. à n. 99. illos esse arctatos ratione Beneficii recipiendi qui habent jus seu sunt vocati ad aliquod Beneficium vacans aut Capellaniam requirentem actu certum Ordinem, quo illi carent. Item qui cum non sit ordinatus primâ Tonsurâ, est præsentatus ad Beneficium: sed pro hoc videnda sunt dicta n. 2166. E contra non potest dici arctatus ratione Beneficii recipiendi, qui est præsentatus ad aliquod Beneficium seu Capellaniam habentem annexum certum Ordinem, ad quem ille, qui obtinet, tenetur facere se promoveri: similiter non dicitur arctatus occasione Beneficii recipiendi is, cui aliquis vult resignare aliquod Beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret, hoc enim est merè voluntarium. Arctatus ratione Beneficii recepti est, qui obtinet Beneficium requi-

requirens servitium personale, ratione cuius de jure, consuetudine, privilegio, statuto Ecclesiæ vel fundatione tenetur intra annum facere se promoveri, *Ricc. Ugol. Garc.* exemplificates in eo, qui obtinet Parochiam, nam est arctatus ad Sacerdotium intra annum: Item in eo, qui obtinet Canonicatum, cui certus Ordo est annexus: item in aliquibus Beneficiis seu Capellaniis requirentibus servitium personale seu aliquem Ordinem: item si Ordo suscipiendus ita annexus est Beneficio, ut tempore provisionis in eo constitutus esse debeat, sed impetrans dispensatus fuit, ut hoc non obstante hujusmodi Beneficium obtineret, *Barb. ni 16.*

§. 3. Etiam ille potest ordinari in loco & in primo anno Sedis vacantis, qui à suo Ordinario affert dimissorias, *Sanch. dub. 26. n. 2. Neuff. d. 109. n. 62. Tamb. hic c. 8. §. 2. n. 9. Bosco l. 3. nu. 211. Pirh. l. 1. tit. 6. n. 255. Leur. q. 509.* qui citant præterea *Henriq. Laym. Quarant. Ventvig. Piasec.* Ratio est, quia finis Tridentini fuit, teste *Nav.* in Consiliis L. 1. ad tit. de tempor. Ordinari. Conf. 27. n. 2. ne quis ordinaretur absque consensu sui Ordinarii, quod non fit, si afferat sui Ordinarii dimissorias: Et hoc à S. Congreg. declaratum esse dicit *Garc. apud Leur. n. 3. Nec obstat,* si fortè Episcopus defunctus, aut etiam idem Suffraganeus, qui nunc ordinat, antehac dimiserit, nam id per accidens est, & dimissus vi suarum dimissoriarum potest in quacunque Diocesi ordinari à quocunque Episcopo licentiam ordinandi habente, quam hic Suffraganeus habet à Capitulo.

§. 4. Multò magis possunt ordinari Regulares etiam primo anno in loco Sedis vacantis

Tom. VII,

Aaaaa

affe-

afferentes dimissorias & testimoniales ab eis, ad quos spectat dare ipsis, uti ex declaratione S. Cong. tenent *Themudo & Portell* apud *Dianam* p. 8. t. 4 R. 72. *Corradus* in praxi dispensl. 4. c. 6. n. 16. *Quintanad.* singul. 8. *Tamb* supra num. 12. *Leur.* q. 509. nu. 7. maxime cum Regulares in odiosis non veniant nomine Clericorum, quos hic vetat ordinari *Tridentinum*, neque nomine subditorum Capituli Sedis vacantis.

2261. §. 5. Capitulum non potest nunc Sede vacante intra primum annum dare dimissoriales nisi arctatis, uti constat ex *Trid.* supra, docentque omnes cum *Leur.* q. 512. qui cum *Fermosino* De Capitulo Sede vacante q. 20. n. 16. extendit etiam ad primam Tonsuram, sed *Galle.* n. 2. putat, cum *Tridentinum* dicat, ordinandi licentiam, non comprehendi primam Tonsuram, quæ non est Ordo. Saltem *Garc.* n. 93. refert hanc declarationem S. Cong. Vicarius Capituli Sede vacante infra annum potest concedere literas dimissorias ad primam Tonsuram ei, qui est presentatus à patronis laicis ad Beneficium ecclesiasticum juris patronatus ipsorum, ut illud obtinere valeat.

2262. §. 6. Si quis ex alia causa quam Beneficii arctetur ad Ordinem suscipiendum, v. g. ad obtinendum gradum in Theologia, Capitulum Sede vacante non potest intra primum annum ei dare dimissorias, quia exceptio illa firmat Regulam in contrarium, *Ventrig.* & alii cum *Leur.* q. 512. n. 9.

2263. §. 7. Vicarius Papæ potest Sede apostolicâ vacante facere ordinari suos, aut eis etiam non arctatis dare dimissorias, *Henriq. Avers.* q. 3. c. 7. *Barb.* De Off. Episc. alleg. 7. nu. 13. *Tridentinum* enim non restringit jurisdictionem Sedis apostolice.

stolicæ vacantis: Et idem dicunt *Mandos. Graff. Vulpej.* apud *Barb.* de Vicariis Episcoporum depuratis per Papam, quos Apostolicos vocamus.

§. 8. Nuntium Apostolicum posse intra primum annum dimittere subditum Sedis vacantis non arctatum, negant *Garc.* supra n. 104. & *Pirh.* l. 1. tit. 11. n. 54. cujus hoc est fundamentum, quia, inquit, Nuntius non potest dare dimissorias nisi illis, qui à suo Ordinario habuerint testimoniales, sed Sede vacante non potest quis ab Ordinario habere testimoniales, quia tum non datur Ordinarius, eò quòd nomine Ordinarii dantis testimoniales non intelligatur Capitulum aut Vicarius Sedis vacantis sed ipse Episcopus, qui tum non est: Ex quo infert Nuntium non posse nisi in casibus, in quibus potest Capitulum Sede vacante. Sed ratio illa nulla est, uti constabit ex dicendis n. 2265. nam Capitulum & Vicarius Sedis vacantis potest dici Ordinarius ac dare testimoniales:

Hinc Nuntium Apostolicum posse talem dimittere, absolute affirmant *Led.* apud *Garc.* supra, *Barb.* De Jure eccles. l. 1. c. 32. n. 122. *Molina* De just. tom. 6. d. 11. n. 4. *Fermos.* supra n. 14. *Escob.* l. 23. c. 17. num. 400. *Graff.* & *Cenedo* apud *Bosco* hic sect. 3. num. 20. *Gob. tr.* 8. n. 573 *Leur. q.* 509. n. 3. Ratio est 1. quia Nuntius Apostolicus meritò dicitur se habere sicuti Vicarius à Papa constitutus, de quo nu. 2263. dictum est. 2. Quia Nuntius posset talem ordinare, cum sit Ordinarius, secundum dicta n. 1494. ergo etiam potest dimittere. 3. Quia facultas dandi dimissorias est data Nuntio absolute, sine restrictione ad Sedem plenam aut vacuam, ergo ma-

lè restringitur ad plenam. Quia tamen res illa est valde controversa, *Aversa* q. 3. f. 7. relatis in utramque partem Auctoribus concludit, *Quare in hoc standum erit consuetudini*: Et quod attinet ad consuetudinem, *Molina* suprâ testatur se sæpius vidisse id à Nuntiis factum esse in civitate Conchensi: Idem fecisse Nuntium in Helvetia, testatur *Gob.* supra.

2265. §. 9. Capitulum potest etiam primo anno Sedis vacantis dare suis subditis non arctatis literas testimoniales seu commendatitias de vita & moribus, *Card. de Luca* in annot. ad *Trid.* disc. 31. n. 31. *Aver.* suprâ. *Leur.* q. 511. citans alios contra *Garciam* n. 105. & *Pirh.* suprâ. Neque hoc est contra dispositionem *Tridentini* requirentis testimoniales sui Ordinarii, quia quamvis *Nav. Garc. Pirh.* putent per Ordinarium in *Tridentino* intelligi proprium Episcopum & non alium, procul dubio, inquit *Molina*, vehementer falluntur, quia Sede vacante Capitulum & ejus Vicarius verè & simpliciter sunt Ordinarii, uti docent *Lott.* L. 2. q. 13. n. 42. *Corr. De benef.* l. 2. c. 12. n. 92. *De Luca* ad *Trid.* disc. 5. n. 23. *Paris.* De resign. l. 7. q. 23. n. 124. Et cum post annum vacationis dent testimoniales, imò & arctatis durante primo anno, uti fatetur *Pirh.* n. 59. evidens est, quòd veniant nomine Ordinarii.

2266. §. 10. Quod dicitur fieri posse per Capitulum Sede vacante, intelligitur ex speciali commissione Capituli per Vicarium Generalem intra primos octo dies à Capitulo institutum, non enim potest Capitulum per seipsum, uti notant Auctores cum *Leur.* q. 513. adducentes pro hoc declarationem S. Congreg. nisi fortè
Capi-

Capitulum propter hæresim, pestem vel similem causam esset dispersum, tum enim sufficeret etiam ab uno solo Capitulari residente hoc fieri, & id pariter decisum est apud *Garciam* supra n. 93.

Q. 329. *Quid specialiter notandum sit circa jam dicta, tempore Sedis vacantis in Episcopatu, in quo alternant Episcopus catholicus & Princeps acatholicus.* B. Si Episcopus catholicus rexerit & moriatur, tum incipit primus annus Sedis vacantis, ac tenent, quæ hætenus dicta sunt: E contra si rexerit & moriatur Princeps acatholicus, putavit doctus Canonista tum etiam incipere primum annum Sedis vacantis, adeoque locum habere decretum Tridentini n. 2257. relatum. Rationem dabat, quia caput illius Episcopatus in temporalibus fuit iste Princeps acatholicus, caput autem & veluti Ordinarius in spiritualibus, secundum concordata & dispositionem Pacis Monasteriensis, erat Metropolitanus, pro illo nempe tempore, quo in temporalibus regeret Princeps acatholicus: hoc autem Principe acatholico mortuo censetur commori Metropolitanus respectu hujus Episcopatus, quia desinit ejus jurisdictio spiritualis adeoque videtur incipere Sedes vacare etiam in spiritualibus, saltem fictione Juris pro casu, de quo Jus nihil disposuit. Sed oppositum tenendum est, & consequenter dicendum, quod in eo Episcopatu possint, uti antè, fieri Ordinationes & dari dimissoria etiam non arctatis: Ratio est 1. quia vacatio Episcopatum est ad modum vacationis Beneficiorum, hæc autem dicuntur vacare per obitum vel cessionem ipsiusmet beneficiati, usque dum novus in eo-

dem verè instituat, *Corrad. l. 3. c. 6. n. 16. & 52.* cum communi. 2. Viduitas ecclesiæ est à morte ultimi sponsi usque ad novum Episcopum, id est, usque ad aliquem, qui habeat in spiritualibus supremam potestatem, & cui fiat provisio talis ecclesiæ, *Lotter. l. 3. q. 20. nu. 118. 119. Barb. De Jure eccles. l. 1. c. 8. n. 6.* Debetque nova provisio fieri auctoritate Apostolicâ, *Corrad. n. 52.* Ideoque viduitas durat usque ad novi Episcopi confirmationem à Papa faciendam, *Paris. suprâ n. 48.* citans *Gloss.* & alios: Tota enim vis extinctiva prioris vacationis attribuitur actui legitimæ collationis, quæ succedit, *Asc. Tamb. de Jure Abb. in decis. 25. rotali n. 2. & 4. Lott. l. 3. q. 1. n. 19.* citans alios. 3. Quamvis Papa alicui Episcopatum vacantem dedisset in commendam vel ad administrandum, tamen per obitum hujus commendatarii vel administratoris non inciperet vacare Sedes, *Tamb. p. 1. d. 4. q. 6. Garc. p. 4 c. 4. n. 64.* ergo similiter hic. 4. Quando Tridentinum prohibet dare dimissorias tempore Sedis vacantis in primo anno, nomine vacationis venit vera & non ficta vacatio, id est, vacatio per mortem vel cessionem veri Episcopi, *Paris. de Resign. l. 12. q. 10. n. 25.* ergo Decretum illud prohibens & restrictivum Juris communis extendi non debet ad vacationem tantum politicam, quæ tantum respicit gubernationem temporalem.

Objicies. Capitulum in hoc casu solet statuerre vel confirmare Vicarium in pontificalibus & spiritualibus, ergo signum est, quod Sedes censetur tum incipere vacare etiam canonicè. *Respondeo n. conseq.* nam mortuo Principe acatholico cessat administratio Metropolitanæ, qui non

non implebat Sedem, & jurisdictio spiritualis, quæ à Capitulo post primum annum vacationis venerat ad Metropolitanum, mortuo Principe acatholico revolvitur ad Capitulum, & iterum connectitur cum jurisdictione temporali, quam tum etiam recipit Capitulum. De cætero potest Suffraganeus ex facultate à Metropolitano concessa pergere exercere pontificalia, dummodo Capitulum non reluctetur, sicuti si accepisset ab Episcopo mortuo talem facultatem, dato quòd esset primus annus vacationis, facultas illa non exspirasset per mortem Episcopi concedentis, *Sanch De Matrim. l. 8. d. 28. n. 64. & 82. Themudo cum Diana p. 8. t. 4. R. 72. Fermos. supra n. 1. maxime si Capitulum confirmavit hunc Suffraganeum etiam tanquam vicarium, non enim potest semel à se constitutum dejicere sine causis & causarum cognitione, Castrop. t. 13. d. 2. pu. 29. n. 7. Barb De Jure eccles. l. 1. c. 32. n. 47. & alii, quos citant: nec etiam potest Capitulum concessam semel potestatem limitare, Garc. p. 5. c. 7. à n. 25. & alii, maxime cum potestatem eam acceperit à Metropolitano, Garc. n. 34. Leur. q. 510. Nihilominus post jurisdictionem iterum devolutam ad Capitulum, inconveniens non est, si talis vicarius recognoscat suos Principales, & petat confirmationem à tali Capitulo, quod sciet, quid de Jure facere possit aut debeat.*

Q. 330. Quid addendum sit circa titulum Ordinationis. *De hoc ita statuit Trid. sess. 21. c. 2. De Reform. Cum non deceat eos, qui divino Ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere; compertumque sit complures plerisque in locis ad sacros Ordines*

Aaaaa 4

nul-

nullo ferè delectu admitti, qui variis artibus ac fallaciis
 confingunt se Beneficium ecclesiasticum aut etiam ido-
 neas facultates obtinere : statuit sancta Synodus, ne
 quis deinceps Clericus secularis, quamvis alias sit ido-
 neus moribus, scientiâ & ætate, ad sacros Ordines
 promoveatur, nisi prius legitime constet eum Benefi-
 cium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè suffi-
 ciat, pacifice possidere, id verò Beneficium resignare non
 possit, nisi factâ mentione, quòd ad illius Beneficii ti-
 tulum sit promovus, neque ea resignatio admittatur,
 nisi constitò, quòd aliunde vivere commodè possit. Et
 aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò vel
 pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi
 illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro neces-
 sitate vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque
 prius perspecto, patrimonium illud vel pensionem verè
 ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam susten-
 tandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia
 Episcopi alienari aut extingui vel remitti nullatenus
 possint, donec Beneficium ecclesiasticum sufficiens sine
 adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint. An-
 tiquorum Canonum pœnas super his innovando. Cir-
 ca hunc sustentationis titulū notanda sunt seqq.

2269. §. 1. Titulus pro Ordine sacro debet esse
 quid perpetuum, immobile, non revocabile,
 distinctum à lucris quotidianis : unde non suf-
 ficat lucrum, quod quis haberet ex Missis non
 fundatis, ex Musica, ex instructione puerorum
 &c. quia hæc per revocationem, infirmitatem
 vel alium casum impediri possunt, Sanch. in
 Conf. l. 7. c. 1. dub. 23. n. 10. Nec sufficit Bene-
 ficium manuale vel Capellania, à qua quis re-
 moveri potest, quia sic non est ei satis cautum
 de honesta sustentatione. Putant tamen Paris.
 Gonz. & alii sufficere talem Capellaniam tem-
 pora-

poralem, à qua nemo solet removeri nisi concessâ aliâ provisione, sed contrâ est, quia immeritò imponitur hoc onus patrono, *Castrop. tr. 27. pu. 10. n. 4.* Putant etiam *Nav. & alii cum Sanch. dub. 35. n. 4.* sufficere Coadjutoriam in Beneficio, quia Coadjutor investitur, sed meliùs negat illam sufficere, *Castrop. n. 5.* Cùm sit tantùm spes Beneficii, & quidem incerta, eò quòd Principalis possit diutius vivere: Valeret tamen, si pars una sustentationi sufficiens ei in perpetuum titulum assignetur, *Garc. Gob. t. 8. n. 637.* Census etiam redimibiles censentur immobilia, dummodo adhibeatur ea cautio, ut si fiat redemptio, pecunia ex Judicis decreto deponatur apud idoneas personas, ut iterum constitutur census, *Castrop. pu. 11. n. 9.* & alii contra *Bonac. & alios.* Ex hoc autem, quòd beneficiatus deponi possit ab Episcopo vel Collatore, si committat enorme crimen, ob quod jus permittit deponi & Beneficio privari, non ideo Beneficium desinit esse perpetuum, hoc enim præcipuè oritur ex libertate beneficiati, quâ vult delinquere, ergo non ideo est ad nutum alterius amovibilis.

§. 2. Titulus ordinariè debet assignari cum obligatione reali & hypotheca: estque advertendum, ne hujusmodi bona sint priùs ære alieno gravata: de cetero titulus super bonis ita fundatus, est onus reale, & transit ad quemcunque possessorem jure ordinario hypothecæ, *Engel. l. 1. tit. 14. n. 17. addens n. 18. si à Monasteriis vel Ecclesiis Collegiatis concedatur titulus, non requiri quidem hypothecam, quia bona Ecclesiarum non possunt regulariter alienari, attramen requiri consensum Capituli, quia successor*

Aaaaa 5

non

non tenetur stare obligationi sui antecessoris sine utilitate vel necessitate Ecclesiæ contractæ, per ea, quæ traduntur in cap. pen. *De fidejussor.* & cap. 1. *De solut.*

2271. §. 3. *Garcias De Benef. p. 2. c. 5. n. 93.* dicit à S. Congreg. declaratum esse, quòd assignatio mensæ Episcopalis non sufficiat ad titulum, & ratio potest esse, quia onus alendi ordinatum non potest imponi mensæ successoris: sed si consentiat Capitulum, quod censetur facere, quando scit fieri & non contradicit, praxis habet, quòd sic ordinentur, id enim utile est & quandoque necessarium, præsertim in Diocesis, in quibus non sunt seminaria pro instituendis Clericis: tum autem servantur sequentia: 1. Indictio tempore aliquo antè concursu, per rigidum examen Synodaliū eliguntur tot, quot requiri videntur ad instantem necessitatem. 2. Hi ordinati mittuntur, ut tanquam Sacellani serviant apud Parochos exemplares, doctos & zelosos. 3. Post captam apud hos experientiam per quatuor saltem annos, si vacet parochia, hi ad concursum pro tali parochia admittuntur. Et si iste modus serveretur, excitatur æmulatio juniorum Clericorum, exercent se diligenter in ministeriis curæ animarum, laborant, ut bene vivant, se perficiant, & ab illis, apud quos primis annis serviunt, referant bona testimonia: nec facile periculum est, ut destituantur necessariâ sustentatione.

2272. §. 4. *Barb* putat, quando urget penuria Sacerdotum, ad titulum sufficere, si quis etiam privatus promittat ordinando se omnia necessaria illi subministraturum, quia ex hac timeri potest minus damnum, quàm ex carentia tam neces-

necessarii Ministri. Addit *Gob. n. 617.* si Comes aliquis aut communitas obliget omnia sua ad alendum aliquem in defectu sufficientis sustentationis, sufficere ad titulum, sed *ford. & Gallem.* apud *Gob. n. 614.* probabilius negant id sufficere & requirunt constitui aliquid certum, determinatum, irrevocabile; & talis videtur esse mens *Tridentini.*

§. 5. Beneficium, ad cuius titulum quis ordinatur, debet esse ecclesiasticum, actu pacifice possessum, uti habet *Trid. supra,* & expressè statuit *Synodus Colon. anni 1662. p. 2. tit. 10. c. 3. §. 7.* unde non sufficit spes certa, quam quis habet, quia est electus vel presentatus, *Sanch. dub. 35. n. 2. Castrop. pu. 10. à n. 7. contra Sayr. & alios,* qui putant sufficere collationem & institutionem, si sincerè putetur, quod non sit impedienda possessio, & sic procedunt communiter Episcopi: hinc *ford. De ord. l. 3. tit. 6. n. 301.* dicit, quando ex circumstantiis appareret de bona fide, & omnis fraudis suspicio tolleretur, non esse omnino improbabilem eam opinionem.

§. 6. Beneficium actu possessum sufficit ad titulum, quamvis primo anno nil percepturus sis, *Gob. n. 633.*

§. 7. *Henriq. Avila & alii* putârunt Doctorem Juris vel Theologiæ posse ordinari sine alio titulo, quia docendo poterit se honestè sustentare; quod *Cordub. & Dian.* admittunt, per se loquendo, de Doctore promoti in insigni Universitate: sed rectè negant *Sa, Sanch. Barb. Aver. q. 3. f. 10. Gob. n. 627.* nam *S. Congreg. id reprobavit,* nec scientia panem ei dabit, quamvis fundatam etiam lectionem habeat, nil enim stabile est, cum per infirmitatem

tem

ten impediri vel ob aliam causam possit amoveri.

2276. §. 8. Titulus patrimonii ordinariè debet esse major quàm Beneficii: in dubio autem regulariter præsumitur esse sufficiens, de Luca De Benef. disc. 37. n. 7. Et universaliter in quovis titulo, si modicum deficiat ad honestam sustentationem, curandum non est, inquit *Santh.* suprà dub. 25. n. 8. & *Dian.* p. 5 t. 5. R. 20. Hoc tamen, quod pro titulo assignatur, non potest hypothecari, alienari, permutari, resignari, nequidem quoad fructus vel in subsidium aliorum bonorum, inquit *Castrop.* p. 10. n. 13. & pu. 11. & n. 10. nisi quantum de fructibus honestæ sustentationi superfluit, etiamsi ordinatus posset aliunde sine titulo ullo vel sine ejus fructibus sustentari.
2277. §. 9. Pro titulo patrimonii non sufficit, quòd filius certò expectet pinguem legitimam à patre: Si tamen pater sit dives, potest filius eum adstringere, ut sibi patrimonium irrevocabiliter designet pro titulo, *Castrop.* pu. 11. à n. 2. Hoc autem sibi assignatum negant multi debere computari in legitimam, cum sit veluti donatum filio ad sustentationem quotidianam: veriùs tamen affirmant *Mol. Garc. Castrop.* n. 6. & alii, quia bona talia non alienantur, sed postea redeunt ad hæredes, ergo meritò censentur esse legitima.
2278. §. 10. Ad titulum patrimonii aut alterum non perpetuum sed habentem se per modum patrimonii, non prærequiritur ulla institutio seu investitura, sed sufficit præcessisse instrumentum assignationis & iudicium Episcopi de futura illius sufficientia: spectatque hoc iudicium

cium ad Episcopum illum, in cujus Diocesi sunt ea bona pro titulo assignata.

§. 11. Ut caveantur fraudes, quæ frequenter 2279.
contingunt in titulo patrimonii, præscribuntur in quibusdam Diocesis hæ Leges. 1. Hic titulus constitui debet in determinatis bonis vel obligationibus ejusmodi, quæ pro immobilibus habeantur, quales non sunt, quæ solis syngraphis vel instrumentis per Notarium tantum & testes subscriptis constituuntur. Domus, horrea aliaque ædificia non necessariò admittuntur, quia incendiis sunt exposita: plerique tamen admittunt, maximè extra tempora belli. 2. Bona illa debent publicè & judicialiter recognosci, cum attestazione, quòd sint allodialia, propria illius, qui ordinando constituit titulum. Item quòd non sint hypothecata aliis &c. Item quòd constituens titulum possit ea cedere absque præjudicio legitimæ liberorum suorum vel quorumcunque aliorum. Item absque præjudicio sustentationis ad vitam propriam necessariæ. 3. In eodem judiciali documento exprimi debet, quantum secundùm commune judicium prudentum singula prata, singuli agri, singuli horti &c. annuè afferre possint in pecunia, planè liberè, deductis omnibus oneribus, contributionibus &c. 4. Summa pecuniæ ita annuatim liberè provenientis ex talibus bonis, debet attingere taxam tituli in tali Diocesi constitutam. 5. Constituens titulum debet per idem judiciale instrumentum actu cedere jus in re plenum horum bonorum in favorem ordinandi, ita ut hic statim possit ingredi in actualem possessionem. 6. Hæc bona debent cedi irrevocabiliter, neq; postea onerari, hypothecari &c.
usque

usque dum ordinatus moriatur vel apud Episcopum doceat sibi aliunde esse provisum. Causa hujus rigoris est justa, quia Nobiles passim obligabant bona tantum in genere, conferentes solum jus ad rem, & quando ordinati offende-
bant, depellebantur nec nisi litibus & cum gravissimis molestiis Nobiles compelli poterant ad dandam sustentationem. Similiter fiebat, quando Nobilis titulum constituens moriebatur, bona enim dividebantur inter hæredes, & nesciebat ordinatus, à quo vel unde alimenta peteret: his obviatur, si ipse rem certam sibi obligatam possit apprehendere aut habeat apprehensam. 7. Solent hujusmodi bona tribus Dominicis vel interpolatis festis in Ecclesia parochiali, sub cujus districtu bona sita sunt, publice proclamari, ut constet talem de super ordinandum, & intelligatur, an opponatur aliquid contra qualitatem aut valorem bonorum in proclamationibus exprimendum. 8. Ordinandus jurat hæc se ita habere. In archidiecepsi Colonienfi per Decreta & statuta jussu Maximiliani Henrici anno 1651. edita n. 33. ponitur hæc formula. *Ego N. juro, quod in acquisitione & designatione bonorum meorum patrimonialium, quorum titulo promovendus sum ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, nulla fraus, aut dolus intercesserit, quodque illa verè, & pacifice possideam, neque ulli alii sint oppignorata, neque imposterum directè, vel indirectè alienabo, seu quoque modo distraham, nisi mihi prius fuerit de perpetuo beneficio Ecclesiastico, eoque ad congruam meam sustentationem sufficienti provisum, neque tunc quidem aliter, quàm cum præscitu, & consensu Romani Pontificis, seu Reverendissimi mei Archiepiscopi, ac Principis Electoris Coloniensis, seu ejus*
Vica-

Vicarii in Pontificalibus Generalis in literis ipsius alienationis seu distractionis specialiter exprimendo. Beneficium autem, quod in dicti mei tituli locum successerit, sine simili consensu non resignabo. Ita me Deus adjuvet & hac sancta Dei Evangelia.

§. 12. Quod n. 2168. dicitur, de non sup- 2280.
plendo defectu Beneficii per adjectionem patrimonii, intelligitur circa titulum ordinandi, non subditi nisi ratione talis Beneficii acquisiti, de hoc enim solo est illa clausula Constitutionis *Inn. XII.* De cetero quilibet Ordinarius potest cum suo subdito facere combinationem tituli ex Beneficio & patrimonio, *Castrop. pu. 10. nu. 2. Gob. num. 612.* & habet praxis apud omnes.

§. 13. Si Titius origine Colonienfis habeat 2281.
tenue Beneficium in Dicecesi Trevirensi, & ad conflandum titulum adjiciat partem patrimonii, quod habet in Dicecesi Moguntina, hic titulus potest, per se loquendo, approbari ab Ordinario vel Colonienfi vel Trevirensi, quia his est subditus: non tamen à Moguntino, quia ibi non habet originem, Beneficium aut domicilium, & patrimonium non facit eum subditum, secundum dicta n. 2178. Praxis autem habet, ut in loco, ubi sunt bona, fiat instrumentum judiciale & publicum, quantum bona talia annuè subtractis oneribus præstare possint, & tum proprius aliquis Episcopus ordinandi erigit bona ista sive approbat in titulum.

§. 14. Peccat mortaliter, qui pro titulo cur- 2282.
rat sibi fieri patrimonium sub uno ex his pactis, 1. ut illo non utatur: 2. Ut post susceptos Ordines reddat. 3. Ut illud ad certos tantum annos habeat. Ut ejus fructus cedat alteri: & idem est

est de pactis similibus, hæc enim sunt contra expressam mentem *Tridentini*, volentis titulum esse perpetuum & irrevocabilem, qui sustentationi honestæ ordinandi semper serviat, *Castrop. pu. 11. n. 15.* Putantque multi, quod ordinatus super ejusmodi titulo incurrat suspensionem, quamvis id probabilius negent *Garc. Barb. Castrop. pu. 12. n. 10. Aversa. q. 3. f. 10.* si enim saltem ad tempus acquirat dominium illius, re ipsa est dominus tituli, ergo non promovetur absque titulo. An autem teneatur stare hoc pacto, disputant Auctores utrimque probabiliter, *Castrop. n. 15.* negat, quia cum illud pactum sit turpe & de re contra legem, censetur pro non adjecto. An sit simonia, si quis emat titulum Ordinationis dixi l. 3. p. 1. à n. 150.

2283. §. 15. Licitum est suscipere patrimonium sibi factum pro titulo, sub pacto reddendi illud post mortem aut etiam post acceptum Beneficium ecclesiasticum aut sustentationem aliunde habitam, cum licentia Ordinarii, *Garc. Barb. Castrop. pu. 11. n. 16.* Bona enim, quæ in titulum Ordinationis assignantur, non sunt ecclesiastica, debent tamen, secundum Canones, gaudere privilegio fori ecclesiastici, quamdiu sunt bona tituli personæ ecclesiasticæ.

§. 16. Qui cum titulo ficto vel non habente condiciones requisitas ordinatur, peccat graviter, quamvis aliunde habeat, quo vivat, quis agit contra strictum præceptum *Tridentini*, Et quamvis *Tolet. Henriq. Cón. Sayr. Dian. March. Gob. n. 604.* putent per hoc non incurri suspensionem, tamen incurri probabilius affirmant *Nay. Suar. Vasq. Sanch. Fill. Bonac. Comit. Less. in auct. v. Ordines sacri cal. 6. Castrop. pu. 12. n. 11.*

Aversa.

Aversa q. 3. c. 10. quia pœna illa fuit per antiquos Canones imposta, pœnas autem antiquas *Trid. super his innovat. De contraria autem declaratione, quam Gob. putat non esse visam ab Auctoribus nostræ sententiæ, rectè dicit Aversa non satis constare. Eandem suspensionem videtur incurrere, qui decipit in parte notabili, qualis est quarta, uti si dicat se annuè pro titulo habere centum, quos requirit Ordinarius, cum tantùm habeat septuaginta quinque, Gob. n. 624. apud quem n. 604. *Garc. Barb. Ford.* dicunt ejusmodi fraudulentos non incurrere ipso facto tales pœnas sed per ferendam sententiam.*

§. 17. Si quis absque titulo justo, etiam per errorem & bonâ fide fit factus Subdiaconus, vel si titulum suum amittat aut relinquat, non potest ascendere ad superiorem Ordinem sine novo titulo, quia manet ratio præcepti, quæ est, ut talis ordinatus sit provisus mediis honestè vivendi, *Castrop. pu. 9. n. 4. Gob. n. 605.*

§. 18. Ex dictis colligitur, quid fuerit dicendum ad hunc casum: Titius accepit titulum Ordinationis à Communitate, quæ obligavit omnia sua bona in communi ad pendendos illi quotannis 50. aureos: Titius metuens ne titulus factus cum generali tantùm hypotheca rejiceretur ab Ordinario, ad facilitandum negotium curat in instrumento exprimi hypothecam etiam specialem aliquorum bonorum, non admonitâ de hoc Communitate nec requisito consensu. *Quærebatur, an posset super hoc titulo petere majores Ordines. Respondi, si in ista Diœcesi soleat Ordinarius rejicere titulos habentes generalem tantùm hy-*

pothecam, non potest; quia causa approbationis tituli est supposititia, ergo approbatio tituli est subreptitia & vitiata substantialiter: Hinc Titius facere debet, ut vel Communitas consentiat in hypothecam illam specialem, vel Ordinarius approbet titulum cum hypotheca tantum generali. E contra si ille Ordinarius non soleat requirere hypothecam specialem, est vitium tantum accidentale, & subsistit causa adaequata sufficiens, ideoque potest petere super eo ordinari.

2286. §. 19. Plerique cum *Castrop. pu. 11. n. 11. & Gob. n. 618.* putant alienationem, permutationem, hypothecationem tituli esse invalidam: hinc inferunt *Sa, Sanch. & alii*, si postea sine alio titulo promoveatur ad ulteriorem Ordinem, non ideo incurrere suspensionem, quia non ordinatur sine titulo, cum suum priorem retineat: & hoc est conformius statim dicendis, quamvis *Ledesm. & Suar.* dicant talem alienationem &c. esse tantum illicitam, in qua sententia ordinaretur sine titulo. Si resignaret sub pensione sufficiente ad honestam sustentationem, *Nav. Paris. Rodriq.* putant non esse opus, ut fiat mentio de eo, quod fit ad talem titulum ordinatus, sed oppositum merito dicunt *Garc. Barb. Castrop. pu. 10 n. 10.* quia mentio de hoc exoptulatur veluti aliquid requisitum ad valorem resignationis, nam *Trid.* supra dicit, id verò Beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum fit promovus. Idem faciendum esse dicunt iidem Auctores cum *Castrop. n. 11.* si fiat permutatio cum alio v. g. Beneficio æquè sufficiente ad sustentationem: adduntque illum, qui resignat non habens

habens aliunde, undè honestè vivat, hoc ipso exsistere Beneficio, non tamen illum, qui resignat, habens unde vivat, quia hic non ita graviter peccat. An autem, quando aliunde habet, unde vivat, opus sit licentiâ Episcopi ad resignandum vel alienandum titulum, v. g. patrimonii, disputant Auctores, Barb. & alii affirmant, quia *Trid.* dicit, *sine licentiâ Episcopi alienari aut extingui aut remitti nullatenus possint*: è contrâ negant *Garc. Paris. Castrop.* pu. 11. n. 13. & alii, quia *Trid.* dicit, *sine licentiâ Episcopi nullatenus possint, donec aliunde habeant, unde vivere possint*, ergo si aliunde habeant, non videtur requiri licentiâ Episcopi: sed videtur standum pro priorè sententiâ, an enim habeat aliunde, quo vivat, hoc ipsum judicabit Episcopus: & ideo in hæc Archidiecepsi Coloniensi omnes ordinandi in Subdiaconos jurare debent se non resignaturos, nisi aliunde sint sufficienter provisi, etiam requisito judicio Episcopi.

§. 20. Quantum requiratur ad titulum, de-
finiri non potest pro omni loco æqualiter, *Trid.* vult, ut sit sufficiens ad sustentationem honestam, id est, decoram & decentem personas Deo consecratas, & relinquatur judicio Episcoporum, qui attendunt ad circumstantias loci, temporis, personarum: hoc tempore Treviris & Coloniæ requirunt circiter 60. Imperiales; Monasterii Westphaliæ, centum: plus tamen ordinariè pro titulo patrimonii quàm Beneficii vel foundationis. Estque probabilius cum *Bonac. Garc. Castrop.* pu. 9. n. 5. & aliis contra *Henriq. Gonz. Avilam* & alios Episcopum dispensare non posse circa sufficientiam sustentationis, licet spes certa affuigeat Beneficii paulò post ob-

B b b b 2

tinen-

tinendi, quia *Trid.* simpliciter mandat non ordinari Sacris nisi actu provisum de honesta sustentatione.

2288. §. 21. Quis teneatur sustentare eum, qui ordinatur sine sufficiente titulo, dixi n. 2244. Societatem autem JESU non teneri alere Sacerdotem dimissum titulo paupertatis apud se ordinatum, constat ex dictis n. 2196. uti nec Episcopus tenetur alere Sacerdotem à se ordinatum, si justè privetur Beneficio, quod fuit titulus Ordinationis ipsius. Denique Novitios non habere titulum paupertatis, dixi n. 2198.

2289. Q. 331. Quid addendum sit circa tempora, interstitia & locum Ordinationum. R. §. 1. Tempora ordinaria Ordinationum sunt, prima septimana post festum Exaltationis S. Crucis; post diem Cinerum; post Pentecosten; post festum S. Lucie, uti habet antiquus versus, *Post Crucem, post Cineres, post Spiritus atque Lucie*: Item in Quadragesima, dies Sabbatini ante Dominicam Passionis & Paschæ.

2290. §. 2. Tonsura conferri potest quocumque die, hora & loco, inquit Pontificale Rom. addens, *Quatuor minores Ordines dari possunt extra Missarum solennia diebus dominicis & festivis duplicibus, sed in mane tantum.* Eosdem Minores conferri posse die Mercurii quatuor Temporum ex communi consuetudine & praxi, dicunt *Henriq. Sa, Castrop. t. 27. pu. 13. n. 2. Barb. De Off. Episc. alleg. 11. n. 21. Nec improbant Sanch. in Confl. 7. c. 1. dub. 52. n. 13. & Gob. t. 8. n. 453.* addens id suo tempore alicubi factum. Approbat etiam *Laym. hic c. 8. n. 1.* ubi consuetudo est. Scio alicubi isto die simul duodecim ordinatos esse Minoribus, sed fortè nimis multos, quia videri poterat

rat tanquam ordinaria publica Ordinatio. *Gob.* n. 452. restatur morem esse in Germania, ut etiam die Veneris quatuor Temporum conferantur, additque Constantiæ conferri mandatum istius diei. Majores Ordines conferuntur in Sabbatis Temporum: Episcopatus in Dominica, uti habent *Canones apud Aversam* q. 3. l. 9.

§. 3. Si Episcopus non possit in Sabbato absolvere Ordinationem, putant *Silv. Rosel. Henriq. Sanch. Villal.* contra *Aversam* posse pergere in Dominica, sed continuandum esse jejunium ab Ordinate & ordinandis, ut censeatur manere eadem dies: Quod si non continent jejunium, *Suar.* aliique cum *Gob.* n. 469. negant fieri posse: ideoque rectè addit *Castrop.* n. 3. si ita continuatum sit jejunium, Episcopum non posse eidem conferre unum Ordinem majorem in Sabbato & alterum in Dominica, quia censeretur eodem die contulisse eidem duos Ordines sacros.

2291.

§. 4. Putant *Silv. Angel. & alii* Ordines majores non conferri validè extra Missam, sed *Sanch.* dub. 4. n. 3. meritò dicit oppositum esse certissimum, cum omnia essentialia possint poni.

2292.

§. 5. Practicè probabile est, quòd Episcopus possit conferre Ordines in festo duplici, etiam si non celebretur in foro sed in choro tantum, & ad libitum, imò & si solenniter celebretur in solo illo loco, in quo ordinat, *Asc. Tamb. Coron.* *Gob.* n. 472. 486. & ita videmus fieri ab optimis Episcopis. Si tamen facultas vel dispensatio expressè haberet, ut fieret in festo de præcepto, probabilius est per festum de præcepto intelligi, non illud, quod opponitur festo ad libitum,

2293.

Bbbb 3

sed

sed quod præcipitur celebrari in foro, *Castrop. pu.* 13. n. 2. *Gob.* suprà. Notat etiam *Th. Tamb.* De Ordine c. 10. n. 15. si dies S. Matthiæ incidat in diem Cinerum, ideoque Officium & festum in choro transferatur in feriam quintam, adhuc die Cinerum conferri posse Ordinem sacerum, quia intentum Pontificum est, ut ejusmodi Ordo conferatur in die apud populum solenni, manet autem sollemnis, hoc ipso quod fit de præcepto abstinendum à servilibus & audienda fit Missa.

2294. §. 6. Mortale est ordinare vel ordinari extra Tempora à Jure statuta, *Gob.* n. 450. Quando autem cum licentia fit extra Tempora, notant omnes non debere tot ordinari, ut videatur generalis Ordinatio: putatque *Escob.* l. 23. n. 427. Ordinationem sex vel septem hominum non videri generalem.

2295. §. 7. Circa causas dispensandi ad conferendos Ordines extra Tempora, emanarunt sequentia:

Decreta Congregationis à Sanctissimo D. N. specialiter deputatæ super moderatione Indultorum suscipiendi Ordines extra Tempora à Jure statuta.

QUæ quidem Congregatio in ædibus Eminentissimi Carpinei die 10. Novembris, atque 1. Decembris anni currentis habita, rematurè discussa, censuit Indulta hujusmodi, si Sanctissimo placuerit, concedi posse ex causis infrà scriptis: videlicet: ut quis Beneficio, vi cuius arctatur, ad Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Capellanix ad vitam sibi concessæ per seipsum inservire possit. Ob
penu-

anno 1693

penuriam Sacerdotum in iis partibus vel in Monasterio pro Regularibus. Ob solatium patris vel matris, dummodo 50. ætatis annos excedant, & saltem per triennium in Clericali habitu honestè & laudabiliter vixerit. Item concedi posse censuit eadem Indulta Referendaris utriusque signaturæ, familiaribus summi Pontificis, Canonicis Cathedralis vel Collegiatae Ecclesiæ, eorumque Coadjutoribus, Magistris, seu etiam Baccalaureis in sacra Theologia, Doctoribus utriusque vel saltem Canonici Juris seu Licentiatis, dummodo singulos præfatos gradus in publica & approbata Universitate obtinuerint. Iis etiam, qui saltem per triennium sedulam Theologiæ studiis operam navaverint: ac tandem 26. ætatis annum excedentibus, si per triennium in Clericali habitu honestè & laudabiliter vixerint. E contra censuit non expedire, ut eadem Indulta concedantur ex eo, quòd quis Diaconus vel Subdiaconus literarum Apostolicarum scriptor sit, seu Magister in artibus Nobilis, aut præsens in Curia, vel quòd Philosophiæ cursum absolverit, aut alicui ecclesiæ adscriptus fuerit, ad cuius servitii titulum ex Apostolico Indulto Clerici ordinari possunt; aut onus Missarum, non tamen ex Beneficio ecclesiastico proveniens habere se doceat. Insuper censuit Indulta huiusmodi deneganda esse iis, qui aliquâ dispensatione indigent, ex eorum delicto provenienti- bus impedimentis; & Sede Episcopali vacante, infra annum à die vacationis, minimè danda iis, qui Beneficii ecclesiastici recepti vel recipiendi occasione arctati non fuerint. Item nunquam concedenda pro festivis diebus conti-

13.
 nuis sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio, arbitrio Episcopi definiendo. Denique censuit Episcopus omnes ac etiam Apostolicæ Sedis Nuntios & Legatos literis in forma brevis circularibus admonendos, decrevisse Sanctitatem suam Indulta prædicta non ita passim, sed ex certis tantum legitimisque causis concedere, nec ipsos Episcopos ad eorum executionem adstringere, sed illam semper ipsorum arbitrio, oneratâ conscientiâ, relinquere. Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quemquam ad patrimonii titulum, nisi ad normam Concilii Tridentini sess. 21. c. 2. Eos verò omnes, qui ab Apostolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra Tempora, vel aliis respectivè tribuendi licentiam, ut conferant, maximè cavere debere, ne præscriptos sibi in iisdem facultatibus limites cujusvis consuetudinis aut exempli prætextu transgrediantur.

Romæ ex typographia Rev. Cameræ apostolicæ
 anno 1693. 14. Decembris.

2296. §. 8. Tridentinum sess. 23. c. 11. De Ref. statuit, ut interstitia serventur etiam quoad Ordines minores pro quo adducit plures causas: addit tamen nisi aliud Episcopo expedire videbitur: hinc praxis habet, ut etiam eodem die conferantur Tonsura & omnes Minores, Castrop. pu. 13. n. 5. Dicunt quidem Sanch. & Aversa q. 3. l. 9. requiri aliquam causam ad dispensandum in eo, sed addunt sufficere qualemcumque, intellige, aliquo modo rationabilem & prudentem. Secundùm Trid. ibidem deberet inter Minores & Subdiaconatum interponi annus, nisi necessitas aut Ecclesiæ utilitas, iudicio Episcopi aliud

exposcat : hinc quia communiter expedit Ecclesie habere pro necessitate Ministros proximè dispositos ad Presbyterium, sine scrupulo post Minores confertur Subdiaconatus sine longi temporis interstitio : imò si notoria consuetudo contraria non obstet vel scandalum alioquidandum, potest Episcopus eodem die quatuor Minores & Subdiaconatum eidem conferre, uti præter citatos à *Busenb. tenent Rebuff. Castrop.* suprà dicens se sæpe vidisse, *Gob. n. 326. & 460. G. Hurt. Burgh. cent. 2. cas. 89.* nec improbat *Aversa* suprà, si iudicio Episcopi adfit saltem utilitas Ecclesie, quia quando *Trid.* prohibet duos Ordines conferri eodem die, loquitur de duobus sacris, uti patet ex *sess. 23. c. 13.* Et quamvis alicubi esset consuetudo contraria, hanc non habere vim legis putat *Vasq.* licet contradicat *Laym. l. 5. tr. 9. c. 8. n. 7.* Secundùm *Trid.* ibidem *c. 13. promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorum gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur.* Et *c. 14.* statuit, ut qui ad Presbyteratus Ordinem assumuntur, in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesie utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint. Denique cum Episcopatus videatur tantùm inadæquatè distingui à Sacerdotio veluti eius perfectio, putant *Castrop. pu. 13. n. 4. Gob. n. 465.* posse eodem die suscipi, sed meliùs contradicunt *Innocent. S. Antonin. Suar. Barb. Aversa*, cum enim tam novus Sacerdos quàm novus Episcopus debeat concelebrare cum Ordinante, saltem ex hoc capite id fieri non potest.

§. 9. Ex relatis verbis Tridentini constat, quæ 2297.

Bbbbb 5

causæ

causæ sufficiant pro dispensatione in interstitiis Ordinum; nam pro dispensatione interstitiis inter Minores & Subdiaconatum, sufficit necessitas vel utilitas Ecclesiæ: pro dispensatione interstitiis inter Subdiaconatum & Diaconatum, non requiritur necessitas vel utilitas Ecclesiæ, sed sufficit quævis rationabilis causa arbitrio Episcopi, *Villal. Rodrig. Castrop. n. 6.* Rectè tamen notant *Sanch. dub. 55. & Gob. n. 491.* id non relinqui puræ voluntati liberæ Episcopi, sed ejus prudenti arbitrio, ad quod formandum requiritur justa aliqua causa. Pro dispensatione interstitiis inter Diaconatum & Presbyteratum non sufficit necessitas vel utilitas Ecclesiæ, sed requiritur copulativè & simul utilitas ac necessitas. Et quamvis *Gob. n. 492.* putet per generalem consuetudinem Germaniæ derogatum esse his Decretis, cum videamus omnes Ordines intra medium annum, aut etiam intra sex hebdomadas Quadragesimæ conferri, tamen credendum est id ab Episcopis fieri ob necessitatem aliquam vel saltem notabilem utilitatem Ecclesiæ. Censetur autem etiam tum esse necessitas Ecclesiæ, si ordinandus habeat Beneficium, cui debeat inservire, quia minùs decens est Officium fieri per interpositam personam. Utilitas tum est, si præsumatur obsequium aptius Ecclesiæ præstandum, *Castrop. pu. 13. n. 5.* Denique causæ, quæ sufficiunt pro dispensatione extra Tempora, & n. 2296. relatæ sunt, videntur multò magis sufficere pro dispensatione in solis interstitiis.

2298. §. 10. Episcopus, nisi speciale privilegium habeat, dispensare non potest in Temporibus, potest tamen in interstitiis, etiamsi sit Episcopus
ratio-

ratione Beneficii tantum, quia ordinandus ratione Beneficii sufficienter fit subjectus quoad illa, quæ sunt annexa Ordinibus, *Dian. in Comp. v. Ordines n. 13.* Nuncii Apostolici dispensare solent in Temporibus & in interstitiis cum arctatis Beneficio, quod in supplica exprimi debet, *Gob. n. 455.* Si autem aliquis non esset beneficiatus sed v. g. Religiosus, quamvis esset arctatus, v. g. quia in Monasterio deessent Sacerdotes, ordinariè non dispensaret, quia in facultate Nuncii utrumque additur, ut fit sufficienter beneficiatus & arctatus, *Gob. n. 459.*

§. 11. Qui à suo Episcopo accepit dimissionem ad alium, non potest ordinari, nisi observatis interstitiis: & in hoc potest dispensare solus Episcopus ordinandi, non autem ille, ad quem dimittitur: hinc curandum, ut in dimissionibus addatur, *etiam non servatis interstitiis, Nav. Sanch. Ford. Avers. q. 3 l. 9. §. Habet Gob. n. 493.* ex declaratione S. Congr. Similiter si hic alter Episcopus haberet facultatem ordinandi suos extra Tempora & non servatis interstitiis, non ideo posset hunc dimissum, quia quamvis hic dimissus ipsi subjiciatur, quantum est ad actum Ordinationis, non tamen ad alium effectum dispensationis vel jurisdictionis.

§. 12. Quamvis *Suar. Sanch. Hurt. & alii* putent Superiores regulares posse dispensare cum suis subditis regularibus in interstitiis, tamen id tantum intelligitur ex privilegio, quod creduntur communiter habere, nam authores apud *Avers.* suprà referunt hanc declarationem S. Congr. in contrarium. *Superiores regulares non posse dispensare super interstitiis regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem,*
qui

qui tamen quoad causam dispensandi iudicium suum formare debent ex attestazione Superiorum regularium.

2301. §. 13. Si dispensatio dieat, ad tres Ordines majores tribus diebus festivis accipiendos non observatis interstitiis, intelligi debent dies non continui sed interpolati, quia specialis est gratia id permitti diebus continuis, uti constat ex Decretis relatis n. 2296. & ex variis privilegiis apud Gob. n. 464. Habet autem Syn. Colon. anni 1662. p. 2. tit. 10. c. 3. §. 8. *Vetamus ordinatum aliquem ad ulteriorem Ordinem admitti, nisi prius Ordinis suscepti publicum fecerit exercitium in ecclesia, cujus servitio se adscripsit, de superque testimonium sufficiens exhibuerit. Si tamen absit ab illa ecclesia, satis erit docere se fecisse alibi.*
2302. §. 14. Qui ordinatur non servatis interstitiis, peccat graviter sed non incurrit suspensionem aut irregularitatem, *Barb. Ricc. Avers.* Qui autem eodem die susciperet duos sacros Ordines, suspenderetur ipso facto ab exercitio saltem ultimi Ordinis *Avers.* imò & utriusque, secundum *Castrop.* si faceret Ordinante inscio, quia tum furtivè ageret. Quod si ordinem non servet, v. g. si fiat Diaconus antequam sit Subdiaconus, suspenditur, uti & si sine privilegio vel dispensatione ordinetur extra Tempora, *Castrop.* pu. 13. n. 14.
2303. §. 15. Si quis in loco, ubi est novum calendarium, susceperit Subdiaconatum in quatuor Temporibus mensis Septembris hujus anni, & cum dimissoriis proficiscatur ad locum, ubi est vetus calendarium, non poterit quatuor Temporibus ejusdem Septembris in hoc loco suscipere Diaconatum, sic enim censeretur eodem die suscipere duos Ordines sacros, utrumque
enim

enim Sabbatum moraliter & respectivè ad judicium Ecclesiæ censetur idem pro quatuor Temporibus Septembris isto anno, & per accidens est, quod uno loco veniat citius, altero ferius.

§. 16. Extra Tempora statuta & non servatis interstitiis, etiam tribus diebus continuis, ordinari possunt Societatis JESU Religiosi, ex privilegio, quod retuli n. 2194. Et idem, saltem quoad illud extra Tempora, licere illis Ordinibus, quibus ante *Tridentinum* licuit, docent *Rodriq.* & alii multi cum *Dian. p. 3. t. 2. R. 31. & Castrop. pu. 13. n. 11.* putant enim non censeri à *Tridentino* esse revocatum hoc eorum privilegium: quam sententiam tutam esse in praxi dicit *Avers. q. 3. f. 9.* & pro suo Ordine Clericorum regularium Minorum testatur sæpius in pluribus Diocæsesibus & in ipsa Romana urbe servatum esse.

§. 17. Tonsura & Minores possunt conferri quovis decenti loco. Pro aliis sic statuit *Trident. sess. 23. c. 8. de Ref. Ordinationes sacrorum Ordinum in cathedrali ecclesia vocatis presentibusque ad id ecclesiæ canonicis publicè celebrentur: si autem in alio Diocæsis loco, presente clero loci, dignior, quantum fieri poterit, ecclesia semper adeatur.* Et quamvis *Az. Henriq. & alii cum Busenb. n. 2122.* putent Episcopum posse etiam in aliena Diocæsi absque speciali licentia conferre suo subdito Tonsuram, quia cum non sit Ordo, non ideo censetur in aliena Diocæsi conferre Ordines: tamen meliùs contradicunt *Sanch. Barb. Avers.* quia tonsurare est actio Pontificalis, *Trident. autem sess. 6. c. 5. de Ref. sub pcena suspensionis ab exercitio pontificalium, prohibet pontificalia in alijs Diocæsi exercere.* Q. 332.

2306. Q. 332. *Quid addendum sit circa ætatem ordinandi.* R. §. 1. Ætas hic numeratur, non à die conceptionis, nec necessario à die Baptismi, sed nativitatis, uti dictum est l. 4. n. 806. Antiquitus requirebatur major ætas pro omnibus Ordinibus, uti constat ex Dist. 77. c. 3. 5. 6. 7. & Dist. 78. c. 1. 4. 5. Sed nunc standum est dispositione *Tridentini*, secundum quam loquitur *Busenb.* n. 2214. relatus. Putant quidem *Quintanadv.* & *Gob.* tr. 8. n. 510. posse aliquem præcocis iudicii tonsurari ante completum septennium, sed standum est Jure septennium completum requirente apud *Gob.* ipsum n. 508. *Trident.* sess. 23. c. 4. De Ref. insuper requirit, ut sciant legere ac scribere. *Synod. Colon.* anni 1662. p. 2. tit. 10. c. 2. §. 4. ad Minores requirit annum duodecimum: *Busenb.* saltem ad Acolythatum requirit duodecimum completum, quod etiam videtur communiter observari in praxi, quamvis *Sanch.* in Conf. l. 7. c. 1. dub. 33. n. 17. *Steph.* t. 5. d. 7. n. 13. *Gob.* n. 508. putent sufficere septennium completum.
2307. §. 2. Pro valore Ordinum non requiritur certa ætas, *Aversa.* q. 3. si 5. & 8. *Gob.* n. 505. nequidem pro Episcopatu, latè *Sanch.* dub. 32. nisi pro acquirenda jurisdictione, quia hujus acceptatio requiritur.
2308. §. 3. Notat *Gob.* n. 532. ex *Bartolo*, *Rodriq.* & *Miranda*, quod quando Jura agunt de ætate requisita, & loquuntur in genitivo, v. g. *si 20. annorum*, aut in ablativo sine præpositione, *20. annis vixerit*, aut in accusativo cum verbo significante rem perfectam, *20. annos vixerit*, vel cum futuro conjunctivi, *si 20. annos vixero*, tum requiratur ætas seu annus completus: si autem non

non addatur tale verbum significans rem perfectam, & agatur de re odiosa, v. g. *si uno anno perduret in contumacia*, adhuc requiratur completum: è contrà si agatur de favore, *si 20. annis serviverit, sit liber*, satis sit inchoasse, uti & tum, quando Jura loquuntur de ætate in ablativo cum præpositione, *in*, aut in accusativo cum præpositione, *ad*: *in anno vigesimo, ad annum vigesimum ætatis*. Illæ tamen Regulæ non tenent ubique.

§. 4. Non datur hic parvitas materiæ: hinc 2392
 qui hodie prius complet annum vigesimum quartum horâ duodecimâ, non potest hoc manè ordinari Sacerdos, quia necdum attigit annum vigesimum quintum: poterit tamen etiam medio quadrante tantum post duodecimam, quia jam inceperit annum vigesimum quintum; non posset autem medio quadrante ante duodecimam, quia quando ab illo, quod parum est, pendet impletio totius præcepti, uti hic est, illud parum non debet reputari pro nihilo, uti patet in simili, si quis medio *Ave* ante vel post duodecimam noctis inter diem Jovis & Veneris comedat carnes, *Sanch. dub. 33. à n. 6. Gob. n. 516. § 31.* possuntque videri dicta in l. 1. à num. 582. ubi ostendi tempus in ejusmodi præceptis debere intelligi de momento ad momentum. Putant quidem aliqui cum *Dian. p. 5. t. 5. R. 17. & Avers. q. 3. l. 8.* posse ordinari hodie manè, etiam si post meridiem prius incipiat annus vigesimus quintus, quia vespera diei trahitur ad manè & cum eo facit unum diem, quo inchoatur annus vigesimus quintus; quam sententiam plures cum *Gob. n. 524.* dicunt esse probabilem, sed rectè contradicunt
Nay.

Nav. *Villal.* & supra citati ob rationem jam datam.

2310. §. 5. Si quis sciat se hac die complere annum vigesimum quartum, sed nesciat, an ante vel post meridiem, ordinari non debet Sacerdos, quia non probat se habere ætatem requisitam, hinc præceptum prohibens ordinari ante annum vigesimum quintum manet in possessione, *Sanch Gob. n. 531.*

2311. §. 6. Cùm anni ad Ordines requisiti censentur esse anni ordinarii constantes diebus 365. è contrà, anni bissextiles recurrentes singulis quadrienniis habeant dies 366. hinc putant *Pelliz.* aliique apud *Gob.* à num. 534. quòd quando numeratur ætas pro Ordinatione, non sit opus connumerare illos dies bissextiles, ideoque cùm ille, qui ante annos 25. esset natus 1. Januarii, sexies vixerit annum bissextilem, inferunt illum primâ Januarii complere annos 24. & 6. dies, adeoque posse ordinari etiam 5. diebus ante istam primam Januarii: quam sententiam licet *Gob.* dicat esse practicè probabilem, tamen non videtur sustineri posse, 1. quia est contra praxin & communem sensum omnium, quando enim multi anni computantur, hi numerandi sunt indiscriminatim & civiliter, prout occurrunt & numerantur à populo, quamvis aliqui sint breviores, aliqui longiores isto uno die, duo enim illi dies habentur pro uno. 2. & præcipuè, quia dies intercalaris, qui adjicitur Februario quarti cujusque anni, est necessarius ad complendum unumquodque quadriennium, deerant enim 6. horæ unicuique è tribus præcedentibus annis, ergo dies ille intercalaris non est aliquid supra totum
qua-

quadriennium, sed aliquid absolute necessarium ad illud habendum, ergo illâ primâ Januarii reipsâ plures non habebuntur quàm 24. anni.

§. 7. Si quis è libro baptismali nequeat habere testimonium ætatis, sufficit quòd parentes testentur se notasse diem nati filii. Quòd si parentes dicant se tantùm recordari, & cum hoc eorum testimonio concordet filii vultus, vox, cæteraque signa, potest Episcopus credere & ad Ordines admittere, *Dian. Gob. n. 504. notans n. 529.* quòd, ubi non possunt haberi alia testimonia, sufficiant conjecturæ & indicia, item aliorum hominum testimonia, uti habet n. 533.

§. 8. Conferens vel recipiens etiam solam primam Tonsuram ante ætatem peccat mortaliter, *Sanch. dub. 33. n. 16.* Ordinatus etiam bonâ fide ante ætatem non potest exercere illum Ordinem nisi obtentâ ætate, quando enim prohibetur Ordinatio ante talem ætatem, etiam consequenter prohibetur exercitium Ordinis ante illam, & quidem sub mortali, *Avers. q. 3. f. 8.* obtentâ tamen ætate potest, nec indiget dispensatione. Quòd si malâ fide & scienter processerit, simul incurrit suspensionem, à qua prius debet absolvi, alioqui in ea exercens Ordinem fit irregularis, *Avers. Castrop p. 7. nu. 7. Gob. n. 502.* Ordinatus Sacerdotio uno die ante expletum annum vigesimum quartum, putans nihil distare quod parum distat, si fuerit ignorantia culpabilis, peccabit mortaliter: & quamvis *Nav. Sa, Avila, Barb.* & alii putent non incurrisse suspensionem, quia ab incurfione talis poenæ contra præsumentes impositæ putant

excusare etiam mortaliter culpabilem ignorantiam, de quo dixi l. 1. à n. 767. tamen sub mortali tenetur non legere Missam nec exercere Sacerdotalia ante legitimam ætatem, hæc autem expletâ, secundùm *Hurt. Barb. Castrop. Burgh. cent. 2. cas. 2. &* alios poterit Missam legere sine ulla dispensatione: si tamen suspensionem incurrisset, probabiliùs dicunt alii cum *Avers.* indigere absolutione.

2314. §. 9. Causæ ad dispensandum in ætate ad Presbyterium sunt, si tribus annis fuerit in Sacris Ordinibus, vel si parentes ejus sint adulti ultra 50. annos, vel si tribus annis studuerit Theologiæ: attamen nec Episcopi nec Nuncii Apostolici committere habent facultatem dispensandi in ætate ordinandi, nequidem ad unum diem, *S. Anton. Silv. &* alii cum *Sancho. dub. 36. n. 18.* Nunc tamen ex speciali privilegio dispensant Episcopi ad certum tempus, saltem pro Beneficio curato, ubi est necessitas vel utilitas Ecclesiæ.

2315. Q. 333. Quid notandum sit circa proclamationem, tonsuram & habitum ordinandi, item circa adscriptionem ecclesiæ. R. §. 1. Quid statuerint aliquæ Dioceses circa proclamationes, dixi n. 2279. *Trident. sess. 23. c. 5. de Ref.* vult publice in ecclesia fieri proclamationem personæ sacro Ordine initiandæ, ut de illa haberi possint testimonia circa natales, vitam, mores &c. & idem statuit *Syn. Colon. anni 1662. De Ordine c. 2. §. 7.* vultque eas repeti ante singulos majores Ordines.

2316. §. 2. *Synodus Colon. supra §. 5.* promulgat Constitutionem *Sixti V.* circa habitum & tonsuram: debet autem tonsura sive corona Sacer-

cerdotis esse par magnæ hostiæ; Clerici autem initiati Minoribus, parvæ hostiæ; Diaconi, paulò minor sacerdotali; Subdiaconi, paulò major clericali; Pastoris seu habentis curam animarum, paulò major sacerdotali; Prælati, paulò major pastorali. Quanta autem sit & ad quos pertineat obligatio gestandi habitum & tonsuram, dictum est l. 4. n. 1370. & plura addidi ibidem à n. 1371.

§. 3. Trident. vult quemvis sacro Ordine ^{2317.} initiandum alicui ecclesiæ adscribi, sic enim habet sess. 23. c. 16. De Ref. Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis, S. Synodus vestigiis sexti Canonis Conc. Chalcedonensis in hærendo, statuit, ut nullus imposteum ordinetur, qui illi ecclesiæ aut pio loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei Sacrorum exercitium interdicitur. Et ex his verbis colligitur pœnam illam non incurri ipso facto, sed esse ferendam ab Episcopis, qui tamen passim in variis neque gravibus causis absentia dissimulant.

Q. 334. Quid sit dicendum circa preces vel Missas, quæ in Ordinatione injunguntur ab Episcopo. ^{2318.}
R. §. 1. Episcopus secundum Pontificale Rom. post Ordinationem dicit: Singuli ad primam Tonsuram vel ad quatuor minores Ordines promoti dicite semel septem psalmos pœnitentiales cum litanis, versiculis & orationibus. Ad Subdiaconatum vel Diaconatum, Nocturnum talis diei. Ad Presbyteratum vero ordinati, post primam vestram Missam tres alias Missas, videlicet unam de Spiritu S., aliam de B. Maria semper virgine, tertiam de fidelibus defunctis

Ccccc 2

functis

sanctis dicite, & omnipotentem Deum etiam pro me orate. Quod illi devotè suscipiunt & respondent se facturos. Circa quæ,

2319. §. 2. Suar. Az. Less. Laym. & alii cum Aversa q. 2. s. 13. dicunt ista esse persolvenda sub mortali, quorum sententiam Steph. t. 5. d. 4. n. 72. dicit esse probabiliorem, quia Episcopus potest, & quando aliud non declarat, censeri debet graviter imperare, cum hæc materia sit gravis. E contra Sor. Valent. Dian. Castrop. Pelliz. Lohn. Gob. in Exp. tr. 3. n. 713. & t. 8. nu. 771. dicunt esse tantum obligationem decentiæ, non autem sub peccato, saltem non sub mortali, quia licet sub mortali posset imperare, tamen cum hæc id non declararint Episcopi, tenenda est benignior interpretatio, præsertim cum sciant ordinatos satis oneratos esse Horis recitandis & communiter aliis divinis Officiis satagendis. Quidquid fit, videtur saltem fore veniale, si id negligatur, nam imperativè injungitur ab Episcopo, qui sub veniali obligare potest ad materiam gravem, secundum dicta l. 1. n. 668. essetque inordinatum Superiori in hoc non obtemperare.

2320. §. 3. Nocturnum, quod præscribitur Subdiaconi & Diaconi, non necessariò est Nocturnum istius diei, quo fit Ordinatio, sed cujuscumque, quem Episcopus designat, Gob. t. 8. n. 772. Missæ autem Presbyteris inunctæ non leguntur primis diebus impeditis post primam Missam, sed diebus primis non impeditis, id est, quibus licebunt votivæ & de Requiem, Senneyei De Missa n. 162.

2321. Q. 335. Quid notare debeat Neo-presbyter consecrans cum Episcopo. Bt. §. 1. Hunc ritum & consuetu-

ſuetudinem Eccleſiæ Romanæ eſſe licitum ac laudabilem, certum eſt, uti contrā *Dur. Sor. & alios* rectè oſtendunt *Mendo* diff. 12. num. 50. & *Averſa* De Euch. q. 10. ſ. 2. ita enim decrevit *Innoc. III.* obſervat Eccleſia, docent *S. Th. & Catholici* communiffimè.

§. 2. Neo-presbyter curare debet, ut verba 2322.
conſecrationis abſolvat cum Epifcopo, non ante nec poſt, unde formare debet hanc intentionem, ſi verba abſolvero cum Epifcopo, volo conſecrare, aliàs non: Si enim abſolutè volens conſecrare verba abſolveret ante Epifcopum, Epifcopus nil conſecraret, quod videtur inconveniens: è contrā ſi abſolveret poſt Epifcopum, ipſe ordinatus nihil poſſet conſecrare, quia nihil ſupereſſet conſecrabile, ergo fruſtra proferret formam volens conſecrare, ita *Suar. Averſa* ſuprà, *Gob. t. 3. n. 116. & t. 8. nu. 131.* Ad tollendum omnem ſcrupulum ſatis eſt, ſi Neo-presbyter conetur verba abſolvere cum Epifcopo, & velit facere, quod ibi vult fieri Eccleſia aut ſicut meliori modo fieri poteſt: Imò docet *Gob. t. 8. n. 132.* cum aliis contra *Dicaſt. & Quintanadv.* non eſſe obligationem ſaltem gravem, ut Neo-presbyter conſecret cum Epifcopo, cum nulla lex graviter obligans oſtendi poſſit, attamen videtur eſſe ſtandum conſuetudine Eccleſiæ & præſcripto Pontificalis.

§. 3. Poteſt Neo-presbyter hanc primam 2323.
Miſſam, quam cum Epifcopo legit, offerre pro altero, non aliter ac ſi ſolus legeret, reipſa enim conſecrat & ſubſtantialiter ponit Sacrificium, *Gob. t. 3. n. 117.* Attamen non videtur pro tali Miſſa accipere poſſe ſtipendiū, tum quia petens cenſetur velle aliā cum omnibus ordinariis ce-

remonis & actionibus ad altare, peragendam, tum præcipuè, quia dubiū est, an consecret, eò quòd fortè verba non absolvat cum Episcopo.

2324. Q. 336. *Quandonam legi debeat alia prima Missa.* R. De Jure communi non est determinatum certum tempus: S. Ignatius Lojola scribitur ad sesquiannum expectasse, ut se meliùs præpararet, Gob. t. 3. n. 486. In Synoda Colon. supra c. 4. §. 9. sic statuitur. Sacerdotes intra 40. dies ab Ordinatione sua juxta antiquam consuetudinem primitias suas celebrent: & si qui præscripto tempore id non præstiterint. denuncientur ac debite puniantur.

2325. Q. 337. *Quid denique circa Ordinantes & ordinatos sit notandum.* R. De horum Officiis & obligationibus satis dictum est. Coronidis loco pono trium Sanctorum sententias. S. Augustinus relatus à Gratiano in Decreto dist. 40. Cap. Ante omnia dicit, nihil apud Deum esse miserabilius & tristius & damnabilius Officio Episcopi aut Presbyteri, si perfunctoriè agatur. S. Antoninus in Chronicorum opere tit. 1. c. 1. §. 4. de S. Leone I. Papa refert, Eidem ad sepulchrum B. Petri oranti & jejunanti, & ut peccatorum suorum veniam Petrus impetraret, petenti, apparuit Petrus ipse dicens, Deprecatus sum pro te Dominum, & omnia peccata tua tibi dimisit: solummodo de manus impositione debes inquiri, idest, si bene vel aliter alicui manus imposueris, scilicet conferendo Ordines vel Beneficia. S. Chrysostomus Homilià 3. in Acta Apostol. post medium ait, Non temerè dico, sed ut affectus sum ac sentio, non arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salvi fiant, sed multò plures, qui pereant: cujus assertionis suæ causas ibidem plures affert: & subdit, Ne mihi dixeris igitur, peccavit Presbyter aut Diaconus, omnium horum crimina redundant in caput eorum, qui hos elegerunt. INDEX